Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

FLAVII JOSEPHI

O P E R U M

T O M U S II.

Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

[a]Φ Λ. [b]ΙΩΣΗΠΟΥ,

[c]ΠΕΡΙ

ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ,

[d]ΚΑΤΑ [e]ΑΠΙΩΝΟΣ

ΛΟΓΟΣ Α'.

FLAVII JOSEPHI,

DE

ANTIQUITATE JUDÆORUM,

CONTRA APIONEM

LIBER I.

ΙΚΑΝΩΣ μὲν ὑπολαμβάνω, καὶ διὰ [f]τὴν περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν συγγραφῆς, κράτιστε ἀνδρῶν [g]Επαφρόδιτε, τοῖς ἐντευξομένοις αὐτῇ πεποιηκέναι φανερὸν περὶ τοῦ γένους ἡμῶν τῶν Ιουδαίων, ὅτι καὶ [h]παλαιότατόν ἐστι καὶ τὴν πρώτην ὑπόστασιν ἔχειν ἰδίαν, καὶ [i]πῶς τὴν χώραν [k]ἣν [l]νῦν ἔχομεν κατῴκησεν, [m]ἐν, πενταχισχιλίων ἐτῶν ἱστορίαν περιέχουσαν, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν ἱερῶν [n]βίβλων μεθερμηνεύσας τὴν Ελληνικῆς φωνῆς συνεγραψάμην. ἐπεὶ δὲ συχνοὺς ὁρῶ τοὺς ὑπὸ δυσμενείας ὑπὸ

SATIS quidem arbitror, me per libros etiam Antiquitatum, virorum præstantissime Epaphrodite, lecturis eos planum fecisse de gente nostra Judaïca, quod & vetustissima sit, & primam originem sibi propriam habuerit, utque regionem quam nunc tenemus incoluerit, quos, annorum quinque millium historiam complectentes, ex sacris libris nostris Græca lingua conscripsi. Quoniam vero multos video, qui maledicis sermonibus, malo *Prologus.*

a Φ Λ.] Φλαβίου in *Vulgatis*. Φλαυίου in quibusdam *MSS*. Verum nummi nos docent Φλαυίου correcte scribi.

b ΙΩΣΗΠΟΥ,] Ιωσήπου τοῦ Εζραίου ἐκ γένους ἱερατικοῦ λαοῦ Ιερεσολύμων juxta quosdam *Rufini Codd.* Ιωσήπου τοῦ Εζραίου *Euseb.* in *Prep. Evang.* p. 476. & in *Eccl. Hist.* p. 84.

c ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ,] Idem titulus huic operi inscribitur ab *Eusebio*, in libro VIII. de *Prep. Evang.* c. 7. ad finem, p. 361. & lib. X. c. 6. prope finem, p. 476. & in titulo cap. XIII. ejusdem libri p. 500. περὶ ἀρχαιότητος Ιουδαίων ἐξ ἱστοριῶν συγκείμενος ἀντιρρητικὸς λόγος πρῶτος καθ' Ελλήνων in *Cod. El.* περὶ ἀρχαιότητος Ιουδαίων ἀντιρρητικὰ κατὰ Απίωνος Γραμματικοῦ. i. e. *de Antiquitate Judæorum refutatorii contra Appionem Grammaticum*, habet *Budæus* in l. V. *de Asse.* quos (inquit) Latine ita versos legimus, ut præstabilius fuisset nunquam fuisse editos. adeo corrupti sunt *Librariorum* vitio & *Interpretis* ignorantia. Scripti post Ἅλωσιν καὶ Ἀρχαιολογίαν ut ex initio patet hujus libri. SPANH.

d ΚΑΤΑ] Κατὰ Απίωνος Γραμματικοῦ Αλεξανδρέως ex *Rufino* & inimico ejusdem *Hieronymo* de *Viris Illustribus*. Κατὰ Απίωνος abest ab *Hafn.* Eusebius Hist. Eccl. lib. III. c. IX. pag. 84. de Josephi libris: καὶ ἑτέρα δὲ αὐτοῦ φέρεται σπουδῆς ἄξια δύο, τὰ περὶ τῆς τῶν Ιουδαίων Ἀρχαιότητος, ἐν οἷς καὶ ἀντιρρήσεια περὶ Ἀπίωνα τὸν Γραμματικὸν κατὰ Ἰουδαίων τριπλῶδες συντάξας λόγον πεποίηται &c. A Porphyrio citantur hi duo libri πρὸς τοὺς Ἕλληνας nempe περὶ Ἀποχ. lib. II. p. 381. καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν πρὸς Ἕλληνας ἔστι δὲ δύο τὰ βιβλία. SPANH.

e ΑΠΙΩΝΟΣ ΛΟΓΟΣ Α'.] Legitur etiam per geminum π. tanquam Αππίων nomen Romanum esset in Græcam speciem detortum ab recto *Appius*, ut Μαρκίων à *Marcius*. Verum Απίων Ægyptis in usu fuit, deductum ab Api, ut à Serapi *Serapion*. Pro quo nummi faciunt, uti ostendit Cl. *Harduinus* in *Nummis Antiquis Populorum & Urbium illustratis*, sub voce ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. Κατ' Απίωνος non agnoscit *Flor.* pro quibus verbis πρὸς τοὺς Ελλήνας habet *Porphyrius* περὶ ἀποχῆς.

f Τῆς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν συγγραφῆς,] Conf. de Vita §. 76. SPANH.

g Επαφρόδιτε,] Cum anno XIIIo. *Domitiani* libros *Antiquitatum* scripserit *Fl. Josephus*, & postea *Commentarium* de *Vita sua*, tanquam appendicem ad *Antiquitatum* libros, ac denique *libros duos adversus Apionem*, omnia autem ista scripta consecrarit *Epaphrodito*: vix potest esse *Epaphroditus* ille, qui olim *Neroni à libellis*, & XIVo. *Domitiani* cæsus est, cum jam aliquandiu in exsilio fuisset; sed alter *Epaphroditus*, Trajani (ut inquit *Grotius* ad *Lucam*, c. 1. v. 3.) libertus ac procurator. De hoc Epaphrodito in fine de Vita §. 76. & Prœm. in ἀρχ. §. 2. καὶ μάλιστα δὴ πάντων Ἐπαφροδίτου &c.

h Παλαιότατόν ἐστι] Ita in *MSS.* & *Vet. Interpr.* παλαιότατον καὶ π. *Hafn.* παλαιότατόν τε καὶ in *Editis*.

i Πῶς τὴν χώραν] Iterum cum *MSS.* (ut *Hafn.*) antea erat; καὶ περὶ τὴν χ.

k Ἣν] Conf. Proem. ἀρχ. §. 3. πενταχισχιλίων ἐτῶν ἱστορίας &c. Josephus ait à se Hebræorum volumina in Græcam linguam transferri nec addentem iis quaquam aut detrahentem Conf. ἀρχ. lib. 10. c. 11. §. 1. SPANH.

l Νῦν ἔχομεν κατῴκησεν,] Illud νῦν non agnoscit *El.*

m Ἣν, πενταχισχιλίων ἐτῶν ἱστορίαν περιέχουσαν,] *Sc.* συγγραφήν. dein in *MSS.* (ut & *Hafn.*) πενταχισχιλίων ἐτῶν ἀριθμὸν ἱστορ. &c. absque vocula ἣν. De annorum numero videsis *Is. Vossium* in *Chronologia Sacra*, p. 148.

n Βίβλων] Sic *MSS.* βιβλων & βιβλίων in *Editis* passim.

o Διὰ]

malo animo à quibusdam jactatis, fidem habeant, eaque quæ ego de antiquitate scripsi non credant, & recentiorem esse gentem nostram colligant ex eo, quod nulla ejusdem mentio facta fuerit apud celebres Græcorum historicos; de hisce omnibus putavi scribendum breviter, tum ut obtrectatorum malevolentiam voluntariumque falsiloquium arguerem, tum ut aliorum ignorantiam corrigerem, universosque de nostra antiquitate edocerem, qui veritatem scire desiderant. Eorum autem quæ à me dicentur utar quidem testibus eis, qui de omni antiquitate apud Græcos fide digni habiti fuerunt: eos vero, qui probrose de nobis falsoque scripsere *aliqua*, ipsos suis verbis convictos dabo. Conabor etiam quid causæ fuerit aperire, quod non multi è Græcis in historiis *suis* gentis nostræ meminerint: necnon & eos, qui de nobis scribere in historiis non omiserunt, producam iis qui aut nesciunt eos aut se nescire simulant.

Auctoris in scribendo institutum.

2. Primum itaque vehementer eos mirari subit, qui de rebus antiquissimis non aliis fidem quam Græcis *hominibus* habendam esse, non nisi ab illis verum exspectandum, proinde neque nobis neque aliis quibuscunque credendum arbitrantur. Equidem hoc in genere secus omnino statuendum intelligo, si modo verum è rebus ipsis sumere potius, quam vanis opinionibus inhærere malimus. Enimvero nova *certe* apud Græcos omnia, & ante unum, ut ita loquar, alterumve diem exstitisse reperias, urbium (*inquam*) molitionem, excogitationem artium, & legum perscriptionem: omnium vero novissimò ad scribendam historiam se contulerunt. At vero & Ægyptiis, & Chaldæis, & Phœnicibus (ne cum iis nostrates hoc loco numerem) vetustissimam atque constantissimam rerum suarum manere memoriam *Græci* fatentur ipsi. Etenim cùm regionem incolunt omnium minimè infesto cœlo laborantem, tum diligentiam in eo singularem adhibuerunt, uti ne quid è rebus suis oblivione consepultum jaceret, sed potius omnia publicas in tabulas à viris sapientissimis semper referrentur. Contra vero tractum illum Græciæ universum, infinitorum morborum subinde depasta lues, rerum gestarum memoriam funditus abolevit; adeoque novo semper instituto vitæ curriculo, suum quique sibi universæ principium & caput esse facile persuaserunt. Iidem sero admodum, vixque tandem literarum naturam didicere. Nam qui vetustissimum illarum usum esse volunt, eas illi sese à Phœnicibus atque à Cadmo accepisse gloriantur. neque tamen quisquam, aut in sacris, aut in publicis usquam monumentis ullum ejus temporis exstare vestigium ostenderit; ubi etiam de iis qui Trojanam expeditionem tanto post suscepere dubitatum perdiu quæsitumque est, an literis usi fuerint. Qua de re verior ea constantiorque sententia jam obtinet, ignoratum ab iis hodiernum illarum usum fuisse. Neque tu scriptum omnino apud Græcos ullum, cujus de fide modo constet, Homeri Poësi antiquius invenias. at eum post

Non soli Græci de rebus antiquis audiendi.

Vetustior rerum memoria apud Ægyptios & Chaldæos &c.

Græci fatentur se literarum usum à Cadmo & Phœnicibus accepisse.

De Homeri poësi, &

τινων εἰρημέναις προσέχοντας βλασφημίαις, καὶ τοῖς περὶ τῆς ἀρχαιολογίαν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένοις ἀπιστοῦντας, τεκμήριόν τε ποιουμένους κρείττονον εἶναι τὸ γένος ἡμῶν, ὃ δὴ τὸ μηδεμιᾶς πρὸς τοῖς ὑπὸ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων μνήμης ἠξιῶσθαι, περὶ τούτων ἁπάντων ὤήθην δεῖν γράψαι συντόμως, τῶν μὲν λοιδορούντων τὴν δυσμένειαν καὶ τὴν ἐκούσιον ἐλέγξαι ψευδολογίαν, τῶν δὲ τὴν ἄγνοιαν ἐπανορθώσασθαι, διδάξαι δὲ πάντας ὅσοι τἀληθὲς εἰδέναι βούλονται περὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχαιότητος. χρήσομαι δὲ τοῖς μὲν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις μάρτυσι, τοῖς ἀξιοπιστοτάτοις εἶναι περὶ πάσης ἀρχαιολογίας ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κεκριμένοις· τοὺς δὲ βλασφήμως περὶ ἡμῶν καὶ ψευδῶς γεγραφότας, αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν ἐλεγχομένους παρέξω. πειράσομαι δὲ καὶ τὰς αἰτίας ἀποδοῦναι, δι' ἃς οὐ πολλοὶ τῶν ἐθνῶν ἡμῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἕλληνες ἐμνημονεύκασιν· ἔτι μέν τοι καὶ τοὺς οὐ παραλιπόντας τὴν περὶ ἡμῶν ἱστορίαν ποιήσω φανερὸν τοῖς μὴ γινώσκουσιν ἢ προσποιουμένοις ἀγνοεῖν.

β'. Πρῶτον οὖν ἐπέρχεταί μοι πάνυ θαυμάζειν τοὺς οἰομένους δεῖν περὶ τῶν παλαιοτάτων ἔργων μόνοις προσέχειν τοῖς Ἕλλησι, καὶ παρὰ τούτων πυνθάνεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἡμῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀπιστεῖν πᾶν γὰρ ἐγὼ τοὐναντίον ὁρῶ συμβεβηκὸς, εἴγε δεῖ μὴ ταῖς μαλαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τὸ δίκαιον τῶν πραγμάτων λαμβάνειν. τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἅπαντα νέα, καὶ χθὲς καὶ πρώην, ὡς ἂν εἴποι τις, εὑρήσεις γεγονότα· λέγω δὴ τὰς κτίσεις τῶν πόλεων, καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν, καὶ τὰ περὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς· πάντων δὲ νεωτάτη σχεδὸν ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ἡ περὶ τὸ συγγράφειν τὰς ἱστορίας ἐπιμέλεια. τὰ μέν τοι παρ' Αἰγυπτίοις τε, καὶ Χαλδαίοις καὶ Φοίνιξιν, ἐῶ γὰρ νῦν ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν, αὐτοὶ δήπουθεν ὁμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτῳ τε καὶ μονιμωτάτῳ ἔχειν τὴν μνήμης τῆς παραδόσιν. καὶ γὰρ τόπους ἅπαντες οἰκοῦσιν, ἥκιστα ταῖς ἐκ τῆς περιέχοντος φθοραῖς ὑποκειμένους, καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν, τὸ μηδὲν ἄμνημον τῶν παρ' αὐτοῖς πραττομένων παραλιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ τῶν σοφωτάτων ἀεὶ καθιερῶσθαι. τὴν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπον μυρίαι μὲν φθοραὶ κατέσχον, ἐξαλείψασαι τὴν μνήμην τῶν γεγονότων· ἀεὶ δὲ καινοὺς καθιστάμενοι βίους, τοῦ παντὸς ὡμίζον ἄρχειν ἕκαστοι τὴν ἀφ' ἑαυτῶν. οὐδὲ καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. οἱ γὰρ ἀρχαιοτάτῳ αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες, παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμου σεμνύνονται μαθεῖν. οὐ μὴν οὐδ' ἐπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου δύναιτό τις ἂν δεῖξαι σωζομένην ἀναγραφὴν, οὔτ' ἐν ἱεροῖς, οὔτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν. ὅπου γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσούτους ἔτεσι στρατευσάντων ὕστερον, πολλὴ γέγονεν ἀπορία τε καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο. καὶ τἀληθὲς ἐπικρατεῖ μᾶλλον, περὶ τοῦ τὴν νῦν ὄψιν τῶν γραμμάτων χρῆσιν ἐκείνους ἀγνοεῖν. ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. οὗτος δὲ καὶ τῶν Τρωϊ-

o Διὰ] Illud παρὰ ex conjectura.

p Δὲ] Abest ab *Hafn.*

q Εἴγε δεῖ μὴ] Εἰ δὲ δεῖ legit *Budæus* in *lib.* IV. *de Asse.*

r Τὰ μὲν γὰρ] Τὰ μέν γε *Big. Flor.* & *Hafn.* Conf. Antt. Procem. §. 3. ἐφ' ὅσον πλῆθος ἀιῶνος οὐδ' αὐτῶν οἱ ποιηταὶ τὰς γενέσεις τῶν θεῶν &c. SPANH.

s Εὑρήσεις γεγονότα·] Ita in *Editis Eusebii* de *Præp. Evang.* p. 477. εὕροι in *MSo. Ejusdem.* quo modo & in *Editis Josephi* & in *MSS.*

t Καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας] Καὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν & τὰς ἀρ. in *Eusebii vulgatis.* pro nobis facit *Ejusdem MS. Joannens.*

u Ἕκαστοι] Ἕκαστος τὴν ἐφ' ἑαυτοῦ *Euseb.* in *Editis.* ἕκαστος τῶν ἐφ' ἑαυτῶν in *MS.* ἕκαστοι τὴν ἀφ' ἑαυτῶν *Hafn.*

x Καὶ μόλις] Δι' οὗ *Euseb.*

y Γὰρ ἀρχαιοτάτῳ] Ita *Euseb.* & *Bas.* οἱ γὰρ *Eusebii membranæ.*

z Ἐπ' ἐκείνου] Ἀπ' ἐκείνου *Euseb.* minus recte.

a Σωζομένην ἀναγραφὴν,] Ἢ σωζομένην *Euseb. MS.*

b Οὔτ' ἐν ἱεροῖς,] Οὐθ' ἱεροῖς οὔτ' ἐπιδημοσίοις *MS. Euseb.* Vide *Vossium* in lib. 1. *de Arte Grammat.* c. 10. & *Lambecium* in *Prodromo Hist. Literaria*, p. 158. & aliud forsan sentiet.

c Τοσούτους ἔτεσι] Τοσούτους ὕστερον ἔτεσι *Euseb.*

d Τῆς Ὁμήρου ποιήσεως] Vide *Cl. Fabricium* in *Bibliotheca Gr.* Vol. 1. p. 3. 4. &c.

e Ὑστερ-

Τροϊκῶν [e] ὕστερον φαίνεται γενόμενος· καὶ φασὶν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ [f] διαμνημονευομένην [g] ἐκ τῶν ἀσμάτων ὕστερον συνθεῖναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ φέρειν τὰς διαφωνίας. οἱ μὲν γοῦν τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὴ τοὺς περὶ Κάδμόν τε τὸν Μιλήσιον, καὶ τὸν [h] Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τούτους εἴτινες ἄλλοι λέγονται. γενεαλογοῦσι, βραχὺ τῶν Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα [i] στρατείας τῷ χρόνῳ προελαβόν. ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων τε καὶ θείων πρώτους παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντας, οἷον Φερεκύδην τε τὸν Σύριον καὶ Πυθαγόραν καὶ Θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογοῦσιν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενομένους μαθητὰς ὀλίγα συγγράψαι· καὶ ταῦτα τοῖς Ἕλλησιν εἶναι [k] δοκεῖ πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ πιστεύουσιν ὑπ' ἐκείνων γεγράφθαι.

γ'. Πῶς οὖν [l] οὐκ ἄλογον τυφωσάμενος τοὺς Ἕλληνας ὡς μόνους ἐπιστάμενους τὰ ἀρχαῖα, καὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς παραδιδόντας; ἢ τίς ἂν [m] παρ' αὐτῶν συγγραφέων μάθοι ῥᾳδίως, ὅτι μηδὲν βεβαίως εἰδότες συνέγραφον, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι περὶ τῶν πραγμάτων [n] εἰκάζοιτο; πλεῖστον γοῦν ἀπ' τῶν βιβλίων ἀλλήλους ἐλέγχουσι, καὶ τὰ ἐναντιώτατα περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν οὐκ ἀκνοῦσι. περιεργοῦ δ' ἂν εἴην ἐγὼ τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπιστάμενους διδάσκων, ὅσα μὲν Ἑλλανικὸς Ἀκουσιλάου περὶ τῶν [o] γενεαλογιῶν ἀπεφήνατο, ὅσα δὲ διορθοῦται τὴν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος, ἢ τίνα τρόπον Ἔφορος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἔφορον δὲ Τίμαιος, καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες, Ἡρόδοτον δὲ πάντες. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν [p] Σικελῶν τοῖς περὶ Ἀντίοχον καὶ Φίλιστον ἢ Καλλίαν Τίμαιος συμφωνεῖν ἠξίωσεν· οὐδ' αὖ περὶ τῶν Ἀττικῶν οἱ τὰς Ἀτθίδας συγγεγραφότες, ἢ περὶ τῶν Ἀργολικῶν οἱ τὰ περὶ Ἄργους ἱστορῆντες ἀλλήλοις [q] καταμεμαθήκασι. καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν κατ' πόλεις καὶ βραχυτέρων, [r] ὅπου περὶ τὴν πρεσβυγήνειαν τὴν Περσικῆς στρατείας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων οἱ δοκιμώτατοι διαπεφωνήκασιν. πολλὰ δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπό τινων καταγορεύεται, καί τοι δοκῶν ἀκριβεστάτην καθ' αὐτὸν ἱστορίαν συγγράφειν.

δ'. Αἰτίαι δὲ τῆς [s] τοσαύτης διαφωνίας πολλαὶ μὲν ἴσως ἂν καὶ ἕτεραι τοῖς βουλομένοις ζητεῖν ἀναφανεῖεν, ἐγὼ δὲ δυοῖν ταῖς [t] λεχθησομέναις τὴν μεγίστην ἰσχὺν ἀνατίθημι. καὶ [u] πρότερον ἐρῶ τὴν κυριωτέραν εἶναί μοι δοκοῦσαν. τὸ γὰρ [x] ἐξ ἀρχῆς μὴ σπουδασθῆναι, περὶ τοῖς Ἕλλησι [y] δημοσίας γενέσθαι [z] περὶ τῶν ἑκάστοτε πραττομένων ἀναγραφάς, τοῦτο μάλιστα δὴ καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ [a] ψεύδεσθαι, τοῖς μὴ ταῦτα βουληθεῖσι περὶ τῶν παλαιῶν τι γράφειν παρέσχεν. οὐ γὰρ μόνον περὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἠμελήθη τὰ περὶ τὴν ἀναγραφῆς, ἀλλ' οὐδὲ περὶ τοῖς Ἀθηναίοις, οὓς αὐτόχθο-

Trojana tempora natum esse nemo non fatetur: imo ne ab ipso quidem literis suam illam poësin mandatam esse ferunt, sed posterorum memoria propagatam aliquandiu, variis ex cantilenis collectam demum & contextam fuisse, ac propterea tantum in ea vulgo discrepantiæ reperiri. Ergo qui ex illis ad scribendam historiam animum appulere, Cadmus, inquam, Milesius, & Acusilaus Argivus, ac siqui præterea nominantur, paulum admodum Persicam adversos Græcos expeditionem tempore anteverterunt. Ad hæc qui de rebus cœlestibus atque divinis primi apud eos philosophari cœperunt, ut Pherecydes Syrius & Pythagoras & Thales, illos & Ægyptiorum Chaldæorumque discipulos fuisse, nec nisi pauca scripsisse, ore omnes uno pronunciant: atque illa Græci cum omnium vetustissima esse arbitrantur, tum vix etiam ab illis ea scripta fuisse credunt.

quam antiqua sit.

Græcorum antiquissimi Ægyptiorum & Chaldæorum discipuli.

3. Quis igitur vano stolidoque fastu Græcos laborare non videat, qui si & res antiquas tenere soli, & soli accuratam illarum integramque veritatem tradere videantur? Imo quis non ex iisdem scriptoribus illud perfacile discat, perspecti ab iis nihil exploratique conscriptum, sed tantum quatenus assequi conjectura potuerint? Itaque scriptis suis alios passim alii reprehendunt, nec iisdem omnino de rebus longe diversa loqui erubescunt. Ego vero importunus & otiosus utique videar, si, quibus id quam ipsi mihi notius est, perdocere velim, quam in Genealogiæ rationibus multa sint, in quibus Hellanicus ab Acusilao dissideat: quam apud Hesiodum Acusilaus multa castiget: quam sæpe mendacii reum Hellanicum Ephorus, Ephorum Timæus, Timæumque recentiores, denique Herodotum universi peragant. Neque vero aut de rebus Siculis eadem Timæus, quæ Antiochus & Philistus & Callias, sentire voluit: aut in Atticis qui Atthidas scripsere, vel in Argolicis qui de Argo, aliorum alii sensum mentemque sequuti sunt. quanquam quid ea persequi attinet, quæ per urbes passim contigêre, & angustioribus omnino regionibus continentur, cum in ipsa quoque Persica expeditione ac rebus in ea gestis, laudatissimorum scriptorum magna sit plerumque dissensio? prorsus ut ipse etiam Thucydides, licet accuratissimam temporum suorum historiam perscribere videatur, à nonnullis erroris ac vanitatis arguatur.

Vana Græcorum arrogantia.

Se invicem mendacii arguunt.

Magna inter eos dissensio.

4. Cujus sane dissidii, cum aliæ fortassis plurimæ aliis in illud anquirentibus occurrere possint, tum has præcipue duas summi momenti causas esse intelligo. Atque ut ab ea, quæ mihi potior videtur, incipiam, cum totum illud res eas, quæ ubique fierent, publicas in tabulas referendi studium à Græcis jam usque ab initio neglectum fuisset, id sane cum errori maxime viam aperuit, tum iis etiam omnibus, qui de rebus antiquioribus scribere cogitarent, licentiam obtulit impune mentiendi. Nec enim reliqua duntaxat Græcorum natio hanc tabularum conficiendarum curam jacere permisit: sed ne apud Athenienses quidem, quos tamen & in-

Res gestas in publicas tabulas referre diu neglexerunt Græci.

e Ὑστερον φαίνεται γενόμενος] Ὑστερος Euseb.
f Διαμνημονευομένην] Hoc parum verisimile esse existimat Fabricius in Bibl. Gr. Vol. 1. p. 269.
g Ἐκ τῶν ἀσμάτων] Διὰ γραμμάτων Euseb.
h Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον,] De quo ἀρχ. lib. 1. cap. 3. §. 9. καὶ Ἑλλανικὸς, ὁ Ἀκουσίλαος &c. SPANH.
i Στρατείας τῷ χρόνῳ] Διαστρατείας τῷ χρ. προέλαβον in Edit. Bas. & MSS.
k Δοκεῖ πάντων ἀρχαιότατα,] Ita cum Euseb. & Vet. Interp. Græco Bas. Aliique.
l Οὐκ ἄλογον] Οὐκ ἔστιν ἄλογον Euseb. Big. Flor. Hafn. & Ed.
m Παρ' αὐτῶν συγγραφέων] Παρ' αὐτῶν ἂν τῶν συγγρ. Big. & Flor. παρ' αὐτῶν ἂν τῶν συγγρ. Hafn. παρὰ τῶν αὐτῶν συγγρ. Euseb.
n Εἰκάζοιτο;] Εἰκαζον; πλέον γοῦν Euseb.
o Γενεαλογιῶν ἀπεφήνατο,] Γενεαλογικῶν Euseb. MS.
p Σικελῶν] Σικελικῶν Euseb.
q Καταμεμαθήκασι.] Μεμαθήκασι Euseb.
r Οπου περὶ τὴν πρεσβυγήνειαν] Οπου γε περὶ τὴν Περσικῆς στρατείας Euseb. περὶ τὴν πρεσβυκήνειαν τὴν π. Big. Hen. & Hafn.
s Τοσαύτης διαφωνίας] Τοιαύτης Euseb.
t Λεχθησομέναις] Εἰλεθησομέναις. & mox ἀνατιθέασι Euseb.
u Πρότερον ἐρῶ] Πρότερον γε ἐρῶ Euseb.
x Ἐξ ἀρχῆς] Ἐξεταθῆναι Euseb.
y Δημοσίας γενέσθαι] Δημοσίᾳ γίνεσθαι Euseb. δημοσίας γίνεσθαι Hafn.
z Περὶ τὴν ἑκάστοτε πραττομένων] Τὴν π. τ. ἑ. πρ. ἀναγραφὴν Euseb.
a Ψεύδεσθαι,] Al. σπεύδεσθαι.

b Παρ'

& indigenas & disciplinarum apprime studiosos esse ferunt, quicquam ejusmodi factum reperias: cum è publicis quidem literis antiquissimas leges eas fuisse tradant, quas ipsis Draco de cæde tulit, homo, qui non nisi paulo ante Pisistrati tyrannidem lucem aspexerat. Nam Arcadum meminisse quid attinet, qui cum de sua tantopere vetustate glorientur, vix tamen etiam post illa tempora literarum informari cognitione cœperunt?

Causa cur veritati parum studuerunt Graci veteres.

5. Ita plane, cum vetustior commentarius nullus exstaret, qui vel docere discendi cupidos, vel mentientes arguere posset, maxima est scriptores inter excitata dissensio. Cui tu causæ alteram hanc adjungas licet. Qui enim ad scribendum sese contulerunt, ii non veritatis utique studio ducebantur, licet hoc profiteri solenne passim omnibus tralatitiumque sit, sed vim orationis unam ostendebant: atque ita quo se quisque genere alios superaturum esse maxime confidebat, in eo elaborabant plurimum. Ergo alii fabulas texere, alii civitatum aut regum benevolentiam & gratiam laudationibus eblandiri cœperunt: nonnulli res ipsas, aut illarum scriptores carpere ac vituperare maluerunt, quod in eo sese facilius excellere posse sperarent. Cæterum isti cum historiæ legibus omnino pugnant. Cum enim eo potissimum argumento historiæ veritas comprobetur, si de rebus iisdem eadem omnes pronuncient, ac scribant. ita sese demum isti maxime reliquos omnes veritatis opinione superaturos putârunt, si ab reliquis maxime dissiderent. Certe dicendi genere & eloquentiæ vi cedere nos oportet scriptoribus Græcis; non autem historiæ de priscis veritate, & maxime de rebus propriæ uniuscujusque patriæ.

De historiæ veritate solliciti Ægyptii, Chaldæi, Judæique.

6. Quod apud Ægyptios quidem & Babylonios ex longissimis retro seculis in rebus conscribendis adhibita fuerit diligentia, quando sacerdotibus quidem id officii commissum erat, & circa eas ipsi philosophabantur, Chaldæis vero apud Babylonios, & maxime Phœnicibus qui Græcis immixti usi sunt literis, ut & vitæ rationem ordinarent, & opera publica memoriæ traderent, dum consentiant omnes, præmittendum hoc puto. De nostris vero progenitoribus, quod eandem (mitto dicere an potiorem) quam prædicti habuerint in conscribenda historia curam, pontificibus & prophetis id muneris injungentes; quodque usque ad nostra tempora cum multa diligentia hoc ipsum servarint, &, si oportet audentius dicere, etiam servabitur, conabor breviter edocere.

Pontifices apud Judæos annalium auctores.

7. Non enim tantum ab initio his rebus viros optimos & in Dei cultu assiduos præfecere, sed & curam habuere ut genus sacerdotale purum semper impermixtumque permaneret. Debet enim quisquis sacerdotio fungitur ex populari sua conjuge liberos quærere, neque ad pecunias aut ho-

νας εἶναι λέγουσι καὶ [b] παιδείας ἐπιμελεῖς, οὐδὲν τοιοῦτον εὑρίσκεται γενόμενον· ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀρχαιοτάτους εἶναι φασὶ, τοὺς ὑπὸ Δράκοντος αὐτοῖς περὶ τῶν [c] φοινικῶν γραφέντας νόμους, ὀλίγῳ πρότερον τὴν Πεισιστράτου τυραννίδος ἀνθρώπου γεγονότος. περὶ μὲν γὰρ Ἀρκάδων [d] τί δεῖ λέγειν αὐχούντων [e] ἀρχαιότητα· πόλις γὰρ οὗτοι καὶ μετὰ ταῦτα γράμμασιν ἐπαιδεύθησαν;

ε'. Ἀτὰρ δὴ τοίνυν εὐδαιμονίας [f] προκαταβεβλημένης ἀναγραφῆς, ἢ καὶ τοὺς μαθεῖν βουλομένους διδάξειν ἔμελλε, καὶ τοὺς ψευδομένους ἐλέγξειν, ἡ πολλὴ πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο ἀσυμφωνία τοῖς συγγραφεῦσι. δευτέραν δὴ [g] πρὸς ταύτῃ θετέον σκεύλιν [h] τὴν αἰτίαν. οἱ γὰρ ἐπὶ τὸ γράφειν ὁρμήσαντες, οὐ περὶ τὴν ἀλήθειαν ἐσπούδασαν, καί τοι τοῦτο [i] πρόχειρόν ἐστιν ἀεὶ τὸ ἐπάγγελμα, λόγων δὲ δύναμιν ἐπεδείκνυντο καθ' ὅν τινα τρόπον σὺν τούτῳ [k] παρευδοκιμήσειν τοὺς ἄλλους ὑπελάμβανον, κτὶ τοῦτον ἡρμόζοντο. τινὲς μὲν ἐπὶ τὸ μυθολογεῖν [l] τρεπόμενοι, τινὲς δὲ πρὸς χάριν ἢ τὰς πόλεις ἢ τοὺς βασιλέας ἐπαινοῦντες, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὸ κατηγορεῖν τῶν πράξεων ἢ τῶν γραφόντων ἐχώρησαν, [m] σκευδοκιμήσειν τούτῳ νομίζοντες· ὅλως δὲ τὸ πάντων σκαληώτατον ἱστορία πρᾶττοντες ἀφανεῖσι. τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς ἐστι τεκμήριον ἱστορίας, εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἅπαντες ταὐτὰ καὶ λέγοιεν καὶ γράφοιεν. οἱ δ' εἰ [n] ταὐτὰ γράψειαν ἑτέρως, οὕτως σκόμιζον αὐτοὶ [o] φανεῖσθαι πάντων ἀληθέστατοι. λόγων μὲν οὖν ἕνεκα καὶ [p] τὸ σὺν τούτοις δεινότητος δεῖ παραχωρεῖν ἡμᾶς τοῖς συγγραφεῦσι τοῖς Ἑλληνικοῖς. οὐ μὴν καὶ τὸ περὶ τῶν ἀρχαίων ἀληθοῦς ἱστορίας, καὶ μάλιστά γε τὸ περὶ τῶν ἑκάστοις ἐπιχωρίων.

ϛ'. Ὅτι μὲν οὖν παρ' Αἰγυπτίοις τε καὶ Βαβηλωνίοις σὺν μακρότατον ἄνωθεν χρόνων, τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, ὅπου μὲν οἱ ἱερεῖς ἦσαν ἐγκεχειρισμένοι, καὶ περὶ ταύτας ἐφιλοσόφουν, Χαλδαῖοι δὲ παρὰ τοῖς Βαβυλωνίοις, [q] καὶ ὅτι μάλιστα καὶ τῶν Ἑλλήνων [r] ἐπιμιγνυμένων ἐχρήσαντο Φοίνικες γράμμασιν, εἴς τε τὰς περὶ τὸν βίον οἰκονομίας, καὶ πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἔργων παράδοσιν, ἐπειδὴ συγχωροῦσιν ἅπαντες, ἐάσειν μοι δοκῶ. περὶ δὲ τῶν ἡμετέρων προγόνων, ὅτι τὴν αὐτὴν, ἐῶ γὰρ λέγειν [s] εἰ καὶ πλείω τῶν εἰρημένων ἐποιήσαντο [t] περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς προφήταις τοῦτο προστάξαντες. καὶ [v] ἕως μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων πεφύλακται πολλῆς ἀκριβείας, εἰ δὲ θρασύτερον εἰπεῖν καὶ φυλαχθήσεται, πειράσομαι συντόμως διδάσκειν.

ζ'. Οὐ γὰρ μόνον ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τούτων τοὺς ἀρίστους, καὶ τὴν θεραπείαν τοῦ Θεοῦ προστρεψάντας καλέσαντες, ἀλλ' ὅπως τὸ γένος τῶν ἱερέων ἄμικτον καὶ καθαρὸν [x] διαμένοι, προνοήσαν. [y] δεῖ γὰρ τὴν μελέσαντα τὴν ἱερωσύνης ἐξ ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς χρήματα μηδὲ

[b] Παιδείας] παιδὰς *Hafn.*
[c] Φοινικῶν] φοινικῶν *Hafn.*
[d] Τί δεῖ λέγειν] Τί χρὴ λέγειν *Euseb.* τί δὴ λέγειν *Flor. Hafn.* & *Big.*
[e] Ἀρχαιότητα·] Ἀρχαιότατα *Big. Hafn.* & *Flor.*
[f] Προκαταβεβλημένης ἀναγραφῆς,] Προβεβλημένης *Euseb.*
[g] Πρὸς ταύτῃ θετέον σκεύλιν] Πρὸς ταύτῃ *MS. El.* & *Euseb.*
[h] Τὴν αἰτίαν.] Illud τὴν supplevimus ex *Eusebio* & *MSS.*
[i] Πρόχειρόν] Πρόχειρον αὐτοῖς ἐστιν *Euseb.*
[k] Παρευδοκιμήσειν] Παρευδοκιμῆσαι *Euseb.*
[l] Τρεπόμενοι,] Τραπόμενοι *Euseb.*
[m] Εὐδοκιμήσειν] Εὐδοκιμήσειν σὺν τούτῳ *Euseb.*
[n] Ταὐτὰ γράψειαν] Antea ταῦτα. Apud *Eusebium* hæc paulo aliter leguntur. οἱ δὲ, εἰ μὴ τὰ αὐτὰ γράψειαν ἑτέρως, i. e. *si non eadem cum aliis scriberent.*
[o] Φανεῖσθαι] Ἐνομίζοντο αὐτοὶ φαίνεσθαι in *Euseb. impress.* ἐνόμιζον αὐτοὶ φαίνεσθαι in *MSo. Eusebii.*
[p] Τῶν σὺν τούτοις δεινότητος] Illud τῶν è *MS. Eliensi.*
[q] Καὶ ὅτι μάλιστα δὴ τῶν Ἑλλήνων] Et quia maximè usi sunt Phœnices literis, quas Græci ab iis sunt edocti. SPANH.
[r] Ἐπιμιγνυμένων] Ita *Big. Flor. Hafn.* & *Vet. Interpr.* ἐπιδιαπιμπλαμένων *Bas.* cum *aliis.* quod tuetur *Lamb. Bos.* & interpretatur, *& quod maxime Phœnices uterentur literis, qui Græcis earum usum ostenderunt.* Ad hunc vero modum Cl. *Lowthius, maxime vero illorum qui Græcis innotuerunt* (vel *doctrina sua specimen dederunt*) *Phœnices literis usi sunt.*
[s] Εἰ καὶ πλείω] Cl. *Lowthius* malit ἢ ἐν πλείω.
[t] Τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν,] Illud τὴν non agnoscunt plerique *MSS.* ut nec *Hafn.*
[v] Ὡς μέχρι] Ita *Big. El. Hen. Hafn.* & *Vet. Interpr.* ἕως οὗ καθ' ἡμᾶς κτ. *Bas.* & *Gen.* ἕως μὲν legendum esse conjecerat Cl. *Lowthius.*
[x] Διαμένοι,] Διαμένοι *El.*
[y] Δεῖ γὰρ τὴν μετέχοντα—τῶν ἀρχαίων] Sacerdotes Hebræorum è Mulieribus ejusdem gentis, ac proinde non ex proselyta aut libertina, multo minùs è Gentili aut ancilla. Vid. *Seld. de Succ. Pontif. p.* 199. SPANH.

μηδὲ τὰς ἄλλας ἐπιβλέπειν τιμὰς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων [z] λαμβάνοντα τὴν διαδοχὴν, καὶ πολλοὺς [a] παραχόμενον μάρτυρας. καὶ ταῦτα πράττομεν οὐ μόνον ἐπ' αὐτῆς Ἰουδαίας, ἀλλ' ὅπου πολὺ σύστημα γένους ἐστὶν ἡμῶν, κἀκεῖ τὸ ἀκριβὲς ἐπισώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους· λέγω δὴ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ εἴπου δ' ἄλλης οἰκουμένης γένους τῶν ἱερέων εἰσί τινες διεσπαρμένοι. πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγράψαντες πάλαθεν τέκνωμα [b] τῶν γεγαμένων καὶ τῶν ἐπάνω προγόνων, καὶ τίνες οἱ μαρτυροῦντες. πόλεμος δ' εἰ καταλάβοι, καθάπερ ἤδη γέγονεν πολλάκις, Ἀντίοχός τε ὁ Ἐπιφανὴς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος, καὶ Πομπήιος Μάγνος, καὶ Κοϊντίλιος Οὔαρος, μάλιστα δὴ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περιλειπόμενοι τῶν ἱερέων καινὰ πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμμάτων συνίστασι, καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθείσας γυναῖκας. [c] οὐ γὰρ ἔτι τὰς αἰχμαλώτους γενομένας προσίενται, πολλάκις [d] γεγενῆσθαι αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλόφυλον κοινωνίαν ὑποροῦμενοι. τεκμήριον δὲ μέγιστον τὴς ἀκριβείας. οἱ ἀρχιερεῖς οἱ παρ' ἡμῖν ἀπὸ διακοσίων ἐτῶν ὀνομαστὶ παῖδες ἐκ πατρὸς εἰσὶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς. τοῖς δὲ [e] τῶν εἰρημένων ὅτι ἂν γένοιτο εἰς πάθασιν, ἀπηγόρευται μήτε τοῖς βωμοῖς παρίστασθαι, μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης [f] ἁγιστείας. εἰκότως ἂν, μᾶλλον δὲ ἀναγκαίως, ἅτε [g] μήτε τὴν ὑπογραφὴν αὐτεξουσίαν πᾶσιν ὄντος, μήτε τινὸς ἐν τοῖς γραφομένοις ἐνούσης ἀσυμφωνίας· ἀλλὰ [h] μόνων τῶν προφητῶν τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ τὰ παλαιότατα, κατὰ τὴν ἐπίπνοιαν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μαθόντων, [i] τὰ δὲ [k] καθ' αὐτοὺς ὡς ἐγένετο σαφῶς συγγραφόντων.

η'. [l] Οὐ [m] γὰρ μυριάδες βιβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν, ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων· [n] δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι βιβλία, καὶ παντὸς ἔχοντα χρόνου τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δικαίως [o] θεῖα πεπιστευμένα καὶ τούτων πέντε μέν ἐστι τὰ Μωϋσέως, ἃ [p] τούς τε νόμους περιέχει, καὶ τὴν τῶν ἀνθρωπογονίας παράδοσιν, μέχρι τοῦ αὐτοῦ τελευτῆς. [q] οὗτος ὁ χρόνος ἀπολείπει τριακοσίων [r] ὀλίγον ἔτη. ἀπὸ δὲ τοῦ Μωϋσέως τελευτῆς μέχρι τοῦ Ἀρταξέρξου τοῦ μετὰ Ξέρξου Περσῶν βασιλέως [s] ἀρχῆς, οἱ μετὰ Μωϋσῆν προφῆται τὰ κατ' αὐτοὺς πραχθέντα συνέγραψαν ἐν τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις· αἱ δὲ λοιπαὶ τέσσαρες ὕμνους, εἰς τὸν Θεὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑποθήκας τοῦ βίου περιέχουσιν. ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γέγραπται μὲν ἕκαστα· πίστεως δὲ οὐχ ὁμοίας ἠξίωται τοῖς [t] πρὸ αὐτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. δῆλον δ' ἔστιν ἔργῳ [v] πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίοις γράμμασι πεπιστεύκαμεν. τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρῳχηκότος, [x] οὔτε προσθεῖναί τις οὐδὲν οὔτε ἀφελεῖν αὐ-

nores respicere alios sed genus exquirere secundum antiquam successionem multis probatum testimoniis. Et hæc observamus non in Judæa tantum, sed ubicunque pars aliqua est de nostra gente, ibi observatur sollicite nuptiarum sacerdotalium regula: puta in Ægypto, in Babylone, & sicubi terrarum præterea sparsi sunt nostri sacerdotes. Mittunt enim Hierosolyma descripta nomina parentum & majorum, additis testium nominibus. Quòd si * bellum enascatur, ut sæpe factum est, sicut cum Antiochus Epiphanes terram invasit, & cum Pompejus Magnus, & cum Quintilius Varus, maxime vero nostris temporibus, tum qui supersunt sacerdotum novas ex veteribus tabulas conficiunt, & inquirunt in feminas superstites. nam nec eas quæ bello captæ fuerunt recipiunt, suspectantes eam quæ sæpe talibus accidit cum alienigenis consuetudinem. Est autem argumentum diligentiæ maximum circa ista, quod summi sacerdotes apud nos in commentariis descripti sunt ab annis bis mille cum suis parentumque nominibus. Si quis adversus hæc deliquerit, ei non licet altari adstare, aut cæterarum ceremoniarum esse participem. recte siquidem, potius autem ex necessitate, cum neque subscribendi potestas omnibus data, neque ulla sit in scriptis discrepantia; sed solummodo prophetis qui antiquissima quidem & veterrima ex inspiratione divina cognita habuerint, suorum vero temporum res quo modo gestæ erant plane conscripserint.

Judæi sacerdotes de nuptiis solliciti.

8. Itaque apud nos nequaquam innumerabilis est librorum multitudo, dissentientium atque inter se pugnantium: sed duo duntaxat & viginti libri, totius *præteriti* temporis historiam complectentes, qui merito creduntur divini. Ex his quinque quidem sunt Moysis, qui & leges continent, & seriem rerum gestarum à conditu generis humani usque ad ipsius interitum. Atque hoc spatium temporis tria fere annorum millia comprehendit. A Moysis autem interitu ad imperium usque Artaxerxis, qui post Xerxem regnavit apud Persas, prophetæ qui Moysi successere res sua ætate gestas tredecim libris complexi sunt: quatuor vero reliqui hymnos in Dei laudem, & præcepta vitæ hominum exhibent *utilissima*. Cæterum ab imperio Artaxerxis ad nostram usque memoriam sunt quidem singula literis mandata; sed nequaquam tantam fidem & auctoritatem meruerunt, quantam superiores ii libri, propterea quod minus explorata fuit successio prophetarum. Quanta porro veneratione libros nostros prosequamur, reipsa apparet. Cum enim tot jam sæcula effluxerint, nemo adhuc nec adjicere quicquam illis, nec demere,

Libri sacri Judæorum XXII.

z Λαμβάνοντα τὴν διαδοχὴν] Forte legendum λαμβάνοντ, ut cum voce γένος conjungatur. *Lowthius.*

a Παραχόμενον μάρτυρας.] Παρεχόμενον *El.* & *Hafn.*

b Τῶν γεγαμένων] Τῆς γαμομένης juxta *Vet. Interpretem.* τῶν γεγαμμένων *Big.* & *Hafn.*

c Οὐ γὰρ ἔτι] Οὐ γὰρ ἐπὶ *Big. Hafn.* & *Vet. Interpr.*

d Γεγενῆσθαι] γεγενημένων *Hafn.*

e Τῶν εἰρημένων] Perperam τῶν εἰρημένων pro *masculino* sumpsit *Vetus Interpr.* cum sit *neutrius* generis & construendum cum ὅτι ἂν *Bos.*

f Ἁγιστείας.] Ἁγιασίας *Hafn.*

g Μήτε τὴν ὑπογράφειν] Μήτε τὸ ὑπο. *Big.* & *Hafn.*

h Μόνων τῶν προφητῶν] Μόνον *Big.* & *Ruf.*

i Τὰ δὲ] Hæc desunt in *Hafn.*

k Καθ' αὐτοὺς ὡς ἐγένετο σαφῶς συγγραφόντων.] Ita *Flor. Hafn.* & *El.* καθ' ἑαυτοὺς in *Editis.*

l Οὐ] Referuntur hæc ab *Euseb.* H. Eccl. l. III. c. X. p. 85. usque ad hanc vocem ἤδη ὤν. SPANH.

m Γὰρ μυριάδες βιβλίων &c.] Illud γὰρ è *Cod. Eliensi.*

n Δύο καὶ μόνα] Id est, V. *libri Moysis*, XIII. *libri Prophetarum* [hoc modo, 1 *Josua*, 2 *Judices* cum *Ruth.* 3 *Regum* I. & II. 4 *Regum* III. & IV. 5 *Paralipom.* I. II. 6 *Esdras* cum *Neemia.* 7 *Esther.* 8 *Daniel.* 9 Θρῆνοι. 10 *Esaias.* 11 *Jeremias.* 12 *Ezechiel.* 13 *duodecim Propheta minores.* aut sic, 1 *Josua.* 2 *Judices* cum *Ruth.* 3 *Regum* I. & II. 4 *Regum* III. & IV. 5 *Jeremias.* 6 *Ezechiel.* 7 *Esaias.* 8 *duodecim Propheta minores.* 9 Θρῆνοι 10 *Esther.* 11 *Esdras cum Neemia.* 12 *Daniel.* 13 *Paralipom.* I. II.] IV. *libri Hymnorum*, *viz.* 1 *Psalmi*, 2 *Job*, 3 *Proverbia*, 4 *Canticum* & *Eccles.* simul omnes XXII. Alio autem ordine libros disponit Cl. *Prideauxius* quem videsis in *Connexione Historiæ Veteris & N. Testamenti*, *parte pr.* p. 332. 80.

o Θεῖα πεπιστευμένα.] Illud θεῖα ex *Eusebio.*

p Τούς τε νόμους περιέχει,] Ita cum *Eusebio* in *Eccl. Hist.* l. 3. c. 10. antea in *Josepho* τοὺς γενομένους περιέχει, καὶ τὴν ἀπ' ἀνθρ.

q Οὗτος ὁ χρόνος] Ita *Big.* & *Ruf.* οὕτως *Bas.*

r Ὀλίγον ἐτῶν] Sic *Euseb.* ὀλίγῳ in *Editis Josephi.*

s Ἀρχῆς,] Ἀρχῆς deest *Euseb.* nec agnoscunt *plerique* (ut nec *Hafn.*) *MSS. Josephi.*

t Πρὸ αὐτῶν,] Πρὸ αὐτῶν *Euseb.* & *El.*

v Πῶς ἡμεῖς] Πῶς ἡμεῖς. πρόσιμον τοῖς ἰδ. γρ. *Euseb.*

x Οὔτε προσθεῖναί] Οὔτε προσθεῖναί τις, οὔτε ἀφελεῖν ἀπ' αὐτῶν *Euseb.*

* *Al.* si bellum impediat & obstaculo sit.

Istis libris accurata custodia à Judæis adhibita.

mere, aut mutare aliquid est ausus. Sed omnibus Judæis statim ab ipso nascendi exordio hoc insitum atque innatum est, Dei ut hæc esse præcepta credamus, iisdemque constanter adhærescamus, & eorum causa, si opus fuerit, libentissime mortem perferamus. Jam itaque multi captivorum frequenter & tormenta & omne genus mortem in theatris sustinere conspecti sunt, ne ullum verbum contra leges admitterent, scriptasque de illis traditiones. Quis Græcorum tale aliquid subiret, imo vel minimum quidem lædi sufferret, licet omnia ab illis scripta interitus periculum adeant? quippe illa narrationes esse existimant, propere effusas prout allubesceret scriptoribus. Atque ita non immerito sentiunt de antiquioribus, quoniam aliquos nunc quoque vident de istis scribere aggredientes, quibus neque ipsi interfuere, neque operam dedere ut à rerum gnaris illa acciperent. scilicet etiam de bello quod nuperrime gessimus, quidam historias quas conscripserant ediderunt, cum neque ad ea loca pervenerint, neque in vicinia fuerint locorum ubi res gestæ erant: sed ex fama & auditione paucula quædam *temere* componentes, historiæ nomine impudenter admodum & insolenter se efferunt.

Josephi fides in Historia quanta.

9. Ego autem & de omni bello, deque iis quæ particulatim gesta erant, veritati congruenter scripsi, cum ipse rebus omnibus interfuerim. Etenim eorum dux exstiteram qui apud nos Galilæi audiunt, quamdiu resistendo eramus, comprehensus autem à Romanis factus sum captivus; cumque me Vespasianus & Titus in custodia haberent, illis semper assidere coëgerunt, primo quidem vinctum. postea vero solutus ab Alexandria cum Tito missus eram ad Hierosolymorum obsidionem. Quo tempore cum fierent quæ gesta erant nihil meam notitiam effugit. nam & singula in Romano exercitu prospiciens, diligenter ea notabam; quæque à transfugis nunciabantur ego solus intellexi: deinde Romæ otium nactus, opere omni jam præparato, & quibusdam propter Græcam linguam in auxilium vocatis, res prout gestæ erant literis mandabam. Adeoque veritati confidebam, ut omnium primos Vespasianum & Titum in eo bello imperatores mihi testes facere voluerim. Primum namque illis obtuli libros; & post illos multis quidem Romanorum qui bello interfuêre: plurimis etiam nostratum eos vendidi, viris Græcæ eruditionis non ignaris; in quibus erat Julius Archelaus, Herodes morum gravitate spectatissimus, idemque rex Agrippa admiratione dignissimus. Isti sane universi testimonium perhibuerunt, quod veritatem accuratam præ me ferebam, non dissimulaturi aut tacituri, si quid factorum per ignorantiam aut per gratiam commutassem aut prætermisissem.

Vespasianum & Titum aliosque appellat.

Historia Josephi calumniatores.

10. Quidam vero homines male feriati, historiam meam calumniari conati sunt, tanquam ejusmodi esset ut adolescentibus in scholis ad ingenium exercendum proponi debeat. O accusationem incredibilem *turpemque* calumniam! cum oporteat illud sciri, quod eum deceat qui se polliceatur rerum veritatem aliis traditurum, ipsam

Suam fidem asserit Josephus.

τῆς, ὅτε μεταθεῖναι τετόλμηκεν. πᾶσι δὲ σύμφυτόν ἐστιν εὐθὺς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως Ἰουδαίοις, [y] τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις [z] ἐμμένειν, καὶ [a] ὑπὲρ αὐτῶν εἰ δέοι θνήσκειν ἡδέως· ἤδη οὖν πολλοὶ πολλάκις ἑώρανται τῶν αἰχμαλώτων, στρέβλας καὶ παντοίων θανάτων τρόπους ἐν θεάτροις ὑπομένοντες, [b] ὅπως τὸ μηδὲν ῥῆμα προέσθαι παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀναγραφάς. ὃ τίς ἂν [c] ὑπομείνειεν Ἑλλήνων ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ τοῦ καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀφανισθῆναι συγγράμματα, τὴν τυχοῦσαν ὑποστήσεται βλάβην; λόγους γὰρ αὐτὰ νομίζουσιν εἶναι, κατ' τὴν τῶν γραψάντων βούλησιν ἐκχεδιασμένους. καὶ τοῦτο δικαίως καὶ περὶ τῶν παλαιοτέρων φρονοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ τῶν νῦν ἐνίους ὁρῶσι τολμῶντας περὶ τούτων συγγράφειν, οἷς μήτ' αὐτοὶ παρεγένοντο, μήτε πυθέσθαι παρὰ τῶν εἰδότων ἐφιλοτιμήθησαν. ἀμελῆ καὶ περὶ τοῦ γενομένου νῦν ἡμῖν πολέμου, τινὲς ἱστορίας ἐπιγράψαντες ἐξενηνόχασιν, οὔτ' εἰς τοὺς τόπους παραβαλόντες, οὔτε πλησίον τούτων πραττομένων προσελθόντες· ἀλλ' ἐκ παρακουσμάτων ὀλίγα συνθέντες, τῷ τῆς ἱστορίας ὀνόματι λίαν ἀναιδῶς ἐπαροίνησαν.

θ'. [d] Ἐγὼ δὴ καὶ περὶ τοῦ πολέμου παντὸς, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ κατ' μέρος γενομένων, ἀληθῆ τὴν ἀναγραφὴν ἐποιησάμην, τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἅπασι παρειληχώς. ἐστρατήγουν μὲν γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν Γαλιλαίων ὀνομαζομένων, ἕως ἀντέχειν δυνατὸν ἦν, ἐγενόμην δὲ παρὰ Ῥωμαίοις συλληφθεὶς αἰχμάλωτος. καί με λαβὼν φυλακῆς Οὐεσπασιανὸς καὶ Τίτος ἔχοντες, ἀεὶ προσεδρεύειν αὐτοῖς ἠνάγκασαν, τὸ μὲν πρῶτον δεδεμένον. αὖθις δὲ λυθεὶς συνεπέμφην ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας Τίτῳ, πρὸς τὴν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν. ἐν ᾧ χρόνῳ [e] γενομένων τῶν πραττομένων οὐκ ἔστιν ὃ τὴν ἐμὴν γνῶσιν διέφυγε. καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον τὸ Ῥωμαίων ὁρῶν ἐπιμελῶς ἀνέγραφον, καὶ τὰ παρὰ τῶν αὐτομόλων ἀπαγγελλόμενα μόνος αὐτὸς [f] συνίην· [g] εἶτα σχολῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ λαβόμενος, πάσης μοι τῆς πραγμαλείας ἐν παρασκευῇ γεγενημένης, χρησάμενος τισὶ πρὸς τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν συνεργοῖς, οὕτως ἐποιησάμην τὴν πράξεων τὴν παράδοσιν. τοσοῦτον δέ μοι πεῖραν θάρσος τῆς ἀληθείας, ὡς τε πρώτους πάντων τοὺς αὐτοκράτορας τοῦ πολέμου γενομένους Οὐεσπασιανὸν καὶ Τίτον ἠξίωσα λαβεῖν μάρτυρας. [h] πρώτοις γὰρ δέδωκα τὰ βιβλία· καὶ μετ' ἐκείνους πολλοῖς μὲν Ῥωμαίων τοῖς συμπεπολεμηκόσι, πολλοῖς δὲ τῶν ἡμετέρων ἐπίπρασκον, ἀνδράσι καὶ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας μετεσχηκόσιν, ὧν ἐστιν Ἰούλιος Ἀρχέλαος, Ἡρώδης ὁ σεμνότατος, [i] καὶ [k] αὐτὸς ὁ θαυμασιώτατος βασιλεὺς Ἀγρίππας. οὗτοι μὲν οὖν ἅπαντες ἐμαρτύρησαν, ὅτι τῆς ἀληθείας πρόσην ἐπιμελῶς, οὐκ ἂν ὑποστειλάμενοι καὶ σιωπήσαντες, εἴ τι κατ' ἄγνοιαν ἢ χαριζόμενος μετέθηκα τῶν γεγονότων ἢ παρέλιπον.

ι'. Φαῦλοι δέ τινες ἄνθρωποι βασκαίνειν μοι τὴν ἱστορίαν ἐπικεχειρήκασιν, ὥσπερ ἐν σχολῇ μειρακίων γύμνασμα προκειμένου νομίζοντες. [l] κατηγορίας πολλοῦ καὶ βασκανίας. δεῖν ἐκεῖνο γινώσκειν ὅτι δεῖ τὰ ἄλλοις παραδόσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχνούμενον, αὐτὸν ἐπίστασθαι ταύτας πρότερον ἀκριβῶς, ἢ παρηκολουθηκότα

y Τὸ νομίζειν] Ita *Euseb.* antea editum erat ὀνομάζειν αὐτά.

z Ἐμμένειν,] Ἐπιμένειν vel ἐμμένειν *Euseb.*

a Ὑπὲρ αὐτῶν] Ita cum *Euseb.* περὶ αὐτῶν in vulgatis *Josephi.*

b Ἔτι τὸ μηδὲν ῥῆμα] Ita *Big. Hafn. Hen.* & *Ruf.* ἔτι τὸ *Bas.*

c Ὑπομείνειεν] Ὑπομένειν *Big.* ὅστις ἂν ὑπομένοιεν *Hafn.*

d Ἐγὼ δὲ περὶ—μέρος γενομένων,] Conf. Ἀλωσ. lib. 1. Inscr. SPANH.

e Γενομένων τῶν πραττομένων] Γενομένων delendum, aut πραττομένων. HUDS. γενομένην *Hafn.* Verum alterutrum delendum quoque censeo, quod influxerit ex more consueto amanuensium duplicem scriptionem quam in MSS. invenerant, ponentium post invicem. HAV.

f Συνίην] Ita legendum censeo, antea συνιῶν διετίθεν legisse videtur *Interpr. Vet.*

g Εἶτα σχολῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ—τὴν παράδοσιν.] Conf. ἀλωσ. Procem. §. 1. πρόθυμον ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν Ἑλλάδι γλώττῃ &c. & Antt. lib. 20. c. 10. §. 2. SPANH.

h Πρώτοις γὰρ δέδωκα τὰ βιβλία·] Conf. de Vita §. 65. SPANH.

i Καὶ] Illud ἐ è *Vet. Interpr.*

k Αὐτὸς] Conf. de Vita 65. SPANH. Mallem in Versione, *& ipse* &c. HAV.

l Κατηγορίας] Genitivus ille κατηγορίας παραδ. per se positus, est exclamationis Atticæ, cui aliquando etiam proponitur ὦ vel φεῦ. *L.Bos.*

m Γὰρ

θηκότα τοῖς γεγονόσιν, ἢ καὶ τῶν εἰδότων συνθανόμενον. ὅσῳ ἐγὼ μάλιστα περὶ ἀμφοῖν νομίζω πεποιηκέναι τὰς πραγματείας. τὴν μὲν [m] γὰρ ἀρχαιολογίαν, ὥσπερ ἔφην, ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθερμήνευκα, γεγονὼς ἱερεὺς ἐκ γένους, καὶ μεθεληλυθὼς τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασι· τὸν δὲ πόλεμον τὴν ἱστορίαν ἔγραψα, πολλῶν μὲν αὐτουργὸς πράξεων, πλείστων δ' αὐτόπτης γενόμενος, ὅλως δὲ τῶν λεχθέντων καὶ πραχθέντων [n] οὐδενὸς ἀγνοήσας. πῶς οὖν οὐκ ἂν θρασεῖς τις ἡγήσαιτο, τοὺς ἀνταγωνίζεσθαί μοι περὶ τῆς ἀληθείας ὑπεικεχειρηκότας; οἱ κἂν τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν λέγωσιν, ἀλλ' οὔτε καὶ τοῖς ἡμετέροις τῶν ἀντιπολεμούντων πράγμασι παρέτυχον.

ιά. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἀναγκαίαν ἐποιησάμην τὴν παρέκβασιν, ὑπισχνούμενος βουλόμενος [o] τῶν ἐπαγγελλομένων τὰς ἱστορίας συγγράφειν τὴν εὐχέρειαν· ἱκανῶς δὲ φανερὸν ὡς οἶμαι πεποιηκώς, ὡς ὅτι πάτριός ἐστιν ἡ περὶ τῶν παλαιῶν ἀναγραφὴ τοῖς βαρβάροις μᾶλλον ἢ τοῖς Ἕλλησιν. [p] βούλομαι δὴ μικρὰ πρότερον διαλεχθῆναι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους νέαν ἡμῖν ἐπιφαίνειν τὴν κατάστασιν, ἐν οὐδὲν περὶ ἡμῶν ὥς φασιν ἐκεῖνοι λελέχθαι πρὸς τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν· εἶτα δὲ τὰς μαρτυρίας τῆς ἀρχαιότητος ἐκ τῶν παρ' ἄλλοις γραμμάτων παρέξω, [q] καὶ τοὺς μὲν βλασφημικότας ἡμῖν τὸ γένος ἐπιδείξω λίαν [r] ἀλόγως βλασφημοῦντας.

ιβ. Ἡμεῖς τοίνυν οὔτε χώραν οἰκοῦμεν θαλάττιον, οὔτ' ἐμπορίαις χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους ἀφ' τούτων ἐπιμιξίαις. ἀλλ' εἰσὶν μὲν ἡμῖν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάττης [s] ἀπῳκισμέναι, χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι ταύτῃ ἐνεπονοῦμεν· μάλιστα δὲ πάντων περὶ παιδοτροφίαν φιλοκαλοῦντες, καὶ τὸ φυλάττειν τοὺς νόμους, καὶ τὴν κατ' τούτους παραδεδομένην εὐσέβειαν, ἔργον ἀναγκαιότατον παντὸς βίου πεποιημένοι. προσούσης τοίνυν τοῖς εἰρημένοις καὶ τὴν περὶ τὸν βίον ἡμῖν ἰδιότητος, οὐδὲν [t] ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις τὸ ποιοῦν πρὸς τοὺς Ἕλλησας [v] ἡμῖν ἐπιμιξίαν, ὥσπερ Αἰγυπτίοις μὲν τὰ παρ' αὐτοῖς ἐξαγόμενα καὶ πρὸς αὐτοὺς εἰσαγόμενα· τοῖς δὲ τὴν θαλάττιον τὴν Φοινίκης καλοικοῦσιν, ἡ περὶ τὰς καπηλείας [x] καὶ τὰς ἐμπορίας σπουδή, ἀφ' τὸ φιλοχρηματεῖν. οὐ μὴν οὐδὲ πρὸς λῃστείας ὥσπερ ἄλλοι τινές, [y] ἢ τὸ πλέον ἔχειν ἀξιοῦν, πολεμοῦντες ἐτράπησαν ἡμῖν οἱ πατέρες, καί τοι πολλὰς τὴν χώρας ἐχούσης μυριάδας ἀνδρῶν οὐκ ἀτόλμων. ἀφ' τοῦτο Φοίνικες μὲν αὐτοὶ κατ' ἐμπορίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐπεισπλέοντες εὐθὺς ἐγνώσθησαν, καὶ δι' ἐκείνων Αἰγύπτιοι, καὶ πάντες ἀφ' ὧν τὴν φόρτον εἰς τοὺς Ἕλλησας διεκόμιζον, μεγάλα πελάγη [z] διαίροντες. Μῆδοι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ Πέρσαι φανεροὶ κατέστησαν, τὴν Ἀσίας ἐπάρξαντες, οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς [a] ἑτέρας ἠπείρου Πέρσαι στρατεύσαντες. Θρᾶκες δὲ ἀφ' γειτονίαν, καὶ τὸ Σκυθικὸν ἀπὸ τῆς εἰς τὴν Πόντον ἐγνώσθη πλεόντων. ὅλως γὰρ ἅπαντες οἱ περὶ τὴν θάλατταν, καὶ τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς καὶ πρὸς τὴν ἑσπέριον καλοικοῦντες, τοῖς συγγράφειν τὰ βουλομένοις γνωριμώτεροι κατέστησαν. οἱ δὲ ταύτης [b] ἀνωτέρω τὰς οἰκήσεις ἔχοντες ὑπεπλεῖστον [c] ἠγνόηθησαν. καὶ τοῦτο φαίνεται καὶ περὶ τὴν Εὐρώπην συμβεβηκός ὅπου γε τὴν Ρωμαίων πόλεως, τοιαύτῃ ἐκ μακρῶ

prius exacte eas nosse, aut quòd adfuerit cum gererentur, aut quòd ex gnaris eas didicerit. id quod ego in utroque opere me fecisse existimo. Antiquitatis namque libros, sicuti dixi, ex voluminibus sacris interpretatus sum, cum essem genere sacerdos, & à philosophia in scriptis istis comprehensa non alienus: historiam vero belli conscripsi, ut qui ipse res quidem multas gesserim, plurimas vero ipse viderim, & eorum quæ dicta vel gesta erant nihil prorsus ignorarim. Quo modo ergo non procaces isti existimarentur, qui mecum de veritate contendere aggressi sunt? qui licet imperatorum commentarios legisse dicantur, non tamen nostrorum qui illis adversabantur rebus intererant.

11. Et de istis quidem necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt: atque abunde me declaratum reliquisse arbitror, quod rerum vetustarum memoriam scriptis consignare magis in usu est apud barbaros quam Græcos. Volo igitur in primis eos paucis redarguere, qui nostrum statum recentem esse contendunt, eo quod nihil de nobis, ut ajunt, illis memorarint scriptores Græci: deinde testimonia antiquitatis *nostra* ex aliorum scriptis afferam, & eos qui nostræ genti maledixerunt nulla prorsus cum ratione *nobis* maledicere ostendam. *Barbari antiquissimi Historiarum scriptores.*

12. Quod ad nos attinet terram habitamus quæ neque mari vicina est, neque negotiationibus gaudemus, neque earum causa nobis consuetudo cum aliis gentibus est. Sed sunt urbes quidem nostræ procul à mari sitæ; ipsi autem nos regionem bonam incolentes hanc cum labore exercemus: maxime vero omnium liberis educandis studentes & legum custodiæ, ut qui pietatem ad illas exactam opus totius vitæ maxime necessarium fecerimus. Cum igitur ad ea quæ dicta sunt accedat etiam vivendi ratio propria, nihil erat priscis temporibus quod faceret nobis commercium Græcorum, sicut Ægyptiis mercimonia, ex rebus quæ importarentur aut exportarentur *ad alias gentes*; & Phœnicibus oram maritimam accolentibus, cauponandi & negotiandi studium ex amore pecuniæ. Sed neque ad latrocinia sicut alii quidam, aut amplius habere desiderantes, bellum exercendo conversi sunt patres nostri, licet regio multis virorum strenuorum myriadibus abundaret. Quo factum ut Phœnices negotiationis ergo ad Græcos navigantes statim agniti fuerint, & per illos Ægyptii, dein omnes à quibus ad Græcos onera perferebant, immensa maria pertranseuntes. Medi vero postea atque Persæ illis innotuerunt postquam Asiæ imperarunt, Persæque *præcipue* cum usque ad alteram continentem expeditiones fecissent; Thraces autem propter vicinitatem, & Scythæ ab iis qui in Pontum navigant cogniti sunt: atque in universum omnes, ad mare vel Orientale vel Hesperium habitantes, in eorum notitiam facilius venerunt, quibus in animo fuit historiæ aliquid scribere. Superiora vero incolentes & procul à mari maximam in partem ignorati erant. Hoc idem & iis contigit qui in Europa habitant. Siquidem Romanorum urbis, in tantam potentiam jam *Judæa sero admodum Græcis cognita.* *Unde alia gentes in Græcorum notitiam venerunt.* *Romani diu Græcis ignoti.*

m Γὰρ ἀρχαιολογίαν,] Γὰρ non agnoscit *El.*
n Οὐδενὸς ἀγνοήσας.] Οὐδὲν ὅτι ἦν *El.*
o Τῶν ἐπαγγελλομένων] Καὶ τὴν ἐπαγγ. *El.*
p Βούλομαι δὴ] Βούλομαι μικρὰ πρ. in *MSS.*
q Καὶ τοὺς μὲν] μὴ inserui ex *Hafn.* Hav.
r Ἀλόγως βλασφημοῦντας.] Ita ex *Vet. Interprete.* ἐν τοῖς λόγοις in *Josephi* Græcis tam *Editis* quam *MSS.*
s Ἀπῳκισμέναι,] Ita *Budæus* & *MS. El.* antea ἀνῳκισμέναι.
t Ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις τὸ ποιοῦν] Οὐδὲν ἐν τοῖς π. χρ. ποιοῦν *Tomus II.* in aliquot *MSS.* ut & *Hafn.*
v Ἡμῖν ἐπιμιξίαν,] Illud ἡμῖν non agnoscit *El.*
x Καὶ τὰς] καὶ περὶ τὰς *Hafn.*
y Ἢ τὸ πλέον ἔχειν] Οἱ τὸ πλέον ἔχειν ἀξιοῦντες *El.*
z Διαίροντες.] Διαιροῦντες in uno *MS.*
a Ἑτέρας] Ita ex *Vet. Interpr.* antea erat ἡμετέρας ἠπείρου.
b Ἀνωτέρω] Ita ex *MSS.* (ut & *Hafn.*) ἄνω in *Editis.*
c Ἠγνοήθησαν.] ἐγνώσθησαν *Hafn.*

jam inde olim evectæ, & tantas res bellicas prospere gerentis, neque Herodotus neque Thucydides quoquo modo meminerunt, nec omnino alius eorum æqualis scriptor, sed sero & vix tandem eorum nomen in Græcia auditum. Gallorum etiam & Hispanorum res usque adeo ignotæ iis fuerunt qui accuratissimi scriptores fuisse videntur, in quibus est Ephorus, ut Iberos unam civitatem esse existimaverit, cum tam late in occidentem fines eorum pateant: & ritus eorum, qui nec fuerunt nec fuisse unquam dicti sunt, scribere, tanquam ita illis uterentur, non dubitarunt. Causa vero earum quidem rerum ignorantia fuit, quod illi secum ipsi viverent commercia aliarum gentium aversantes; scriptorum vero mendacii, quod volebant illi quippiam ultra alios memoriæ mandasse videri. Quomodo ergo mirari convenit, si neque nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribendum de se aliquam suppeditavit occasionem, tam longo scilicet intervallo disjuncta à mari, talibus vitæ institutis sese accommodans.

Græcorum genus non antiquum.

13. Pone igitur nos argumento uti vel Græcorum, quod non sit genus eorum antiquum, eo quod nihil in libris nostris de iis dictum reperiatur. Nonne omnino nos risu exciperent, ipsas ut arbitror à me nunc allatas proferentes causas, & testes è vicinis regionibus adducerent antiquitatis suæ. Igitur & ego hoc conabor efficere. Ægyptiis enim & Phœnicibus præcipue testibus utar, cum nemo eorum testimonio tanquam falso detrahere potuerit. Videntur enim & maxime in nos iniqui, communiter quidem omnes Ægyptii, Phœnicum vero Tyrii. De Chaldæis autem nequaquam hoc idem dicere potero, quoniam & generis nostri principes exstiterunt, & propter cognationem in historiis suis Judæorum meminerunt. Cum vero de istis probationes afferam, tunc etiam *istos* Græcorum historicos memorabo qui Judæorum mentionem fecere; ne quis *eorum* ex invidia & detrectatione hujusmodi occasionem arripiat nobis contradicendi.

Ægyptii & Tyrii Judæis infensi.

Manetho Historicus apud Ægyptios.

y Τὴν ἀμφοῖν] τοῖν ἀμφοῖν *Hafn.*
z Τούτου δὲ] Τοῦ δὲ in *MS.*
a Εκπολεμώσας,] Εκπολεμῆσαι in *MS.*
b Οὐκ ἠθέληκεν,] Οὐκ ἠθέλησεν in *MS.*

finxit. Moysi vero & Josephum, quasi eodem tempore simul expulsum, Chæremon adjunxit, & quidem quatuor ætatibus ante Moysen defunctum, quorum sunt anni centum fere & septuaginta. Quin & Ramesses Amenophios filius, secundum Manethonem quidem, adolescens bellum administrat cum patre, & cum eodem exsulat, fuga elapsus in Æthiopiam. Hic autem finxit eum post patris obitum in spelunca quadam natum, & postea in prælio victoriam reportantem, & Judæos in Syriam abigentem, numero circiter CC. millia. O facilitatem *hominis!* neque enim prius, quinam erant illa CCCLXXX. millia, dixit, neque quomodo CLXXX. millia perierint; in aciéne ceciderint, an ad Ramessen transfugerint. quod vero maxime mirandum, ne cognoscere quidem ex eo licet, quosnam vocet Judæos, vel utris eorum det hanc appellationem; illisne CCL. millibus leprosorum, an his CCCLXXX. millibus, quæ circa Pelusium erant. Sed stultum fortasse esset eos pluribus redarguere, qui à semetipsis redarguti sunt. Si ab aliis, hoc utique ferendum esset.

Lysimachus dissentit ab utroque.

34. His autem addam Lysimachum, idem quidem habentem cum prædictis mendacii argumentum, illorum vero incredibilitatem figmentorum enormitate superantem. unde constat eum ex magno *in nos* odio *sua* confinxisse. dicit enim, „ sub Bocchori rege Ægyptiorum, populum Judæorum, quod essent lepra, scabie, „ & aliis quibusdam morbis infecti, ad templa confugisse, & victum mendicasse. multis autem hominibus morbo correptis, sterilitatem in Ægypto accidisse. Bocchorim vero, Ægyptiorum regem, ad Ammonem scitatum oracula „ de sterilitate misisse: responsumque à Deo, „ repurganda esse templa ab hominibus impuris „ & impiis, ejiciendo eos è templis in loca deserta, cæterum scabiosos ac leprosos mergendos, tanquam sole ut isti viverent ægre ferente; & templa expianda, atque ita fore „ ut terra fructum ferat. Bocchorim autem accepto oraculo, accersitisque sacerdotibus & sacrificiis, jussisse, ut impuri collecti militibus traderentur, deportandi in desertum; utque leprosi plumbeis laminis involuti in pelagus dejicerentur. Submersis autem leprosis ac impetiginosis, reliquos congregatos in loca deserta expositos esse ut perirent. Eos autem habito concilio de seipsis consultasse: & nocte superveniente, accensis ignibus ac lucernis custodias agitasse; sequentique nocte jejunasse ut Deos saluti suæ propitios haberent. Insequenti vero luce, à Moyse quodam ipsis consilium datum, ut irent intrepidi una via, usque dum ad loca culta perveniretur: tum „ præcepisse, ne cui hominum in posterum „ benevoli essent, neque optima suggererent „ sed deteriora; utque Deorum templa & altaria, prout in ea inciderent, everterent. „ Cum autem alii ista comprobassent, & facere „ decrevissent, iter factum esse per desertum, „ & post multa incommoda tandem ad loca culta perventum: dein & hominibus injuriose „ tractatis, & fanis compilatis ac incensis,

σας. τῷ δὲ Μωϋσεῖ καὶ τὸν Ἰώσηπον ὁ Χαιρήμων, ὡς ἐν ταὐτῷ χρόνῳ συνεξηλελασμένον, προσέθεικεν, τὸν πρὸ Μωϋσέως πρεσβύτερον τέσσαρσι γενεαῖς τελευτήσαντα, ὧν ἐστιν ἔτη ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν. ἀλλὰ μὴν ὁ Ραμέσσης ὁ τοῦ Αμενώφιος υἱός, κατὰ μὲν τὸν Μανεθῶνα, νεανίας συμπολεμεῖ τῷ πατρὶ, καὶ συνεκπίπτει, φυγὼν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν. ὃν δὲ πεποίηκεν αὐτὸν μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, ἐν σπηλαίῳ τινὶ γεγεννημένον. καὶ μετὰ ταῦτα νικῶντα μάχῃ, καὶ τοὺς Ιουδαίους εἰς Συρίαν ἐξελαύνοντα, τὸν ἀριθμὸν ὄντας περὶ μυριάδας εἴκοσιν. ὦ τῆς εὐχερείας. οὔτε γὰρ πρότερον οἵ τινες ἦσαν αἱ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες εἶπεν· οὔτε πῶς αἱ [c] τεσσαράκοντα καὶ τρεῖς διεφθάρησαν. πότερον ἐν τῇ μάχῃ [d] κατέπεσον, ἢ πρὸς τὸν Ραμέσσην [e] μετεβάλλοντο. τὸ δὲ δὴ θαυμασιώτατον, οὐδὲ τίνας καλεῖς τοὺς Ιουδαίους δυνατόν ἐστι παρ' αὐτοῦ μαθεῖν, ἢ πολέμοις αὐτοῖς τίθεσθαι ταύτῃ τὴν προσηγορίαν· ταῖς εἰκοσιπέντε μυριάσι τῶν λεπρῶν, ἢ ταῖς ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ταῖς περὶ τὸ Πελούσιον. ἀλλὰ γὰρ εὐηθες ἴσως ἂν εἴη καὶ πλείοσιν ἐλέγχειν τοὺς ὑφ' ἑαυτοῦ ἐληλεγμένους. τὸ γὰρ ὑπ' ἄλλων ἦν μετριώτερον.

λδ'. Επεισάξω δὲ τούτοις Λυσίμαχον, εἰληφότα μὲν τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις ὑπόθεσιν [f] τοῦ ψεύσματος, ὑπερπεπαικότα δὲ τὴν ἐκείνων ἀπιθανότητα τοῖς πλάσμασι. [g] δι' ὃ καὶ δῆλός ἐστι συνιεθεικὼς κατὰ πολλὴν ἀπέχθειαν. λέγει γάρ. „ ἐπὶ Βοκχόρεως τοῦ Αἰγυπτίων „ βασιλέως, τὸν λαὸν τὸν Ιουδαίων λεπροὺς ὄντας καὶ ψωρούς, „ καὶ ἄλλα νοσήματά τινα ἔχοντας, εἰς τὰ ἱερὰ κατα„ φεύγοντας μεταιτεῖν τροφήν. πολλῶν δὲ ἀνθρώ„ πων νοσηλείᾳ πεσεῖν ἐπεσόντων, ἀκαρπίαν ἐν τῇ Αἰγύ„ πτῳ γενέσθαι. Βόκχοριν δὲ, τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα, „ [h] εἰς Αμμωνα πέμψαι περὶ τῆς ἀκαρπίας τοὺς μαν„ θυσομένους τὸν Θεόν· [i] εἰπεῖν, τὰ ἱερὰ καθαραὶ ἀπ' „ ἀνθρώπων ἀνάγνων καὶ δυσεβῶν, [k] ἐκβαλόντα αὐτοὺς „ ἐκ τῶν ἱερῶν εἰς τόπους ἐρήμους, τοὺς ψωροὺς καὶ λε„ προὺς βυθίσαι, ὡς τοῦ ἡλίου ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τῇ „ τούτων ζωῇ, καὶ τὰ ἱερὰ ἁγνίσαι, καὶ οὕτω τὴν γῆν καρ„ ποφορήσειν. τὸν δὲ Βόκχοριν τοὺς χρησμοὺς λαβόντα, τοὺς „ τε ἱερεῖς καὶ [l] ἐπιβωμίτας προσκαλεσάμενον, κελεῦ„ σαι ἐπιλογὴν ποιησαμένους τῶν ἀκαθάρτων, τοῖς στρα„ τιώταις τούτους παραδοθῆναι καλάξειν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρη„ μον· τοὺς δὲ λεπροὺς εἰς μολυβδίνους χάρτας ἐνδήσαν„ τας, ἵνα καθῶσιν εἰς τὸ πέλαγος. βυθισθέντων δὲ „ τῶν λεπρῶν καὶ ψωρῶν, τοὺς ἄλλους συναθροισθέντας εἰς „ τόπους ἐρήμους ἐκλεθῆναι ἐπ' ἀπωλείᾳ· συναχθέντας „ δὲ βουλεύσασθαι περὶ αὐτῶν, νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης, „ πῦρ καὶ λύχνους καύσαντας φυλάττειν ἑαυτοὺς, τήν τ' „ ἐπιοῦσαν νύκτα νηστεύσαντας ἱλάσκεσθαι τοὺς θεοὺς, περὶ „ τοῦ σῶσαι αὐτούς. τῇ δ' ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Μωϋσῆν τινα „ συμβουλεῦσαι αὐτοῖς, παραβαλλομένους μίαν ὁδὸν „ τέμνειν, [m] ἄχρις ἂν ἔλθωσιν εἰς τόπους οἰκουμένους, „ παρακελεύσασθαί τε αὐτοῖς, μήτε ἀνθρώπων τινὶ „ εὐνοήσειν, μήτε ἄριστα συμβουλεύσειν, ἀλλὰ τὰ χείρονα· θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμοὺς, οἷς ἂν περιτύχωσιν, „ ἀναιρήσειν. συναινεσάντων δὲ τῶν ἄλλων, τὰ δοχθέντα „ ποιοῦντας διὰ τῆς ἐρήμου πορευόμενοι, ἱκανῶς δὲ ὀχλη„ θέντας ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκουμένην χώραν, καὶ τούς τε ἀνθρώ„ πους ὑβρίζοντας, καὶ τὰ ἱερὰ συλῶντας καὶ ἐμπρήσαντας, „ ἐλθεῖν

Lysimachus dissentit ab utroque.

[c] Τεσσαράκοντα καὶ τρεῖς διεφθάρησαν] Εἴκοσι καὶ τρεῖς in *MSS. Big.* & *Hasf.* In *Vet. Interpr.* habemus, *neque quomodo* CLXXX. *millia perierint.*

[d] Κατέπεσον,] καθέπεσαν *Hafn.*

[e] Μετεβάλλοντο.] Μετεβαλόντο in *MSS.*

[f] Τοῦ ψεύσματος,] Post hæc iterum *Hafn.* ψεύσματος περὶ τῶν λεπρῶν καὶ λελωβημένων. quod apparet Glossatoris esse.

[g] Δι' ὃ καὶ δῆλός ἐστι συνιεθεικὼς] καὶ δῆλός συνθεν. reliquis avulsis *Hafn.*

[h] Εἰς Αμμωνα] Εἰς Αμμωνος in *MSS.* & hic loci & infra, §. seq. 35. initiò.

[i] Εἰπεῖν,] Ερεῖν in *MSS.*

[k] Εκβαλόντα αὐτοὺς] *Al.* ἐκβάλοντα.

[l] Επιβωμίτας] πῶς ἐπιβώμιον *Euripid. Electr. v.* 715. & ἐπιβώμια ῥίζειν *Theocrit. Idyll.* VI. v. 26. SPANH. ἐπιβωμίτας *Hafn.*

[m] Αχρις ἂν ἔλθωσιν] Αρχι ἂν ὅτου ἔλθωσιν in *Cod. Big.* & *Hafn.*

„ ἐλθεῖν εἰς τ῞ νῦν Ιȣδαίαν προσαγορȣομένην, κλίσαντας
„ δὲ πόλιν ἐνταῦθα κατοικεῖν· τὸ δ᾽ ἄστυ τȣ῞το [n] Ιερόσυ-
„ λα ἀπὸ τȣ῞ ἐκείνων ἀφθέσεως [o] ὠνομάσθαι. ὕστερον δ᾽
„ αὐτȣὺς ἐπικραίνσαντας, χρόνῳ ἀφαλλάξαι τ῞ ὀνομα-
„ σίαν [p] πρὸς τὸ μὴ ὀνειδίζεσθαι, καὶ τήν τε πόλιν Ιερο-
„ σόλυμα, καὶ αὐτȣὺς Ιεροσολύμȣς προσαγορεύεσθαι.

λέ. Οὕτως δὲ [q] καὶ τ῞ αὐτὸν ἐκείνοις εὗρεν εἰπεῖν βα-
σιλέα, καινότερον δ᾽ ὄνομα συνέθεικεν, καὶ παρεὶς ἐνύ-
πνιον καὶ προφήτην Αἰγύπτιον, εἰς [r] Αμμωνα ἀπελή-
λυθε περὶ τ῞ φωρῶν καὶ λεπρῶν χρησμὸν οἴσων. φησὶ γὰρ
εἰς τὰ ἱερὰ συλλεγεσθῆναι πλῆθος Ιȣδαίων. [s] ἆρα γε
[t] τȣ῞τοις τοῖς λεπροῖς ὄνομα θέμενος, [v] ἢ μόνων τ῞ Ιȣ-
δαίων τοῖς νοσήμασι περιπεσόντων; λέγει γὰρ ὁ λαὸς τ῞
Ιȣδαίων. ὁποῖος; ἔπηλυς, ἢ τὸ γένος ἐγχώριος;
διὰ τί τοίνυν Αἰγυπτίȣς αὐτȣὺς ὄντας Ιȣδαίȣς καλεῖς; εἰ
δὲ ξένοι, διὰ πόθεν ȣ῞ λέγεις; πῶς δὲ, τȣ῞ βασιλέως
πολλȣὺς μὲ αὐτῶν βυθίσαντος εἰς τ῞ θάλασσαν, τȣὺς δὲ
λοιπȣὺς εἰς ἐρήμȣς τόπȣς ἐκβαλόντος, τοσȣ῞τοι τὸ πλῆ-
θος ὑπελείφθησαν; ἢ τίνα τρόπον διεξῆλθον μὲν τ῞ ἔρη-
μον, ἐκράτησαν δὲ τ῞ χώρας ἧς νῦν κατοικȣμεν, ἔκτισαν
δὲ καὶ πόλιν, καὶ νεὼν ὠκοδομήσαντο πᾶσι περιβόητον;
ἔδει καὶ τȣ῞ νομοθέτȣ μὴ μόνον εἰπεῖν τȣ῞νομα, δη-
λῶσαι δὲ καὶ τὸ γένος ὅς τις ἦν καὶ τίνων. διὰ τί δὲ τοιȣτȣς
ἂν αὐτοῖς ἐπεχείρησε τιθέναι νόμȣς περὶ θεῶν, καὶ τ῞
πρὸς ἀνθρώπȣς ἀδικίας καὶ τ῞ πορείαν. εἴτε γὰρ Αἰγύ-
πτιοι τὸ γένος ἦσαν, οὐκ ἂν ὀκνȣ῞ τ῞ πατρίων ἐθῶν ὅτω
ῥᾳδίως μεταβάλοντο. εἴτ᾽ ἀλλαχόθεν ἦσαν, πάντως
τινὲς ὑπῆρχον αὐτοῖς νόμοι, ἀφ᾽ μακρᾶς συνηθείας πε-
φυλαγμένοι. εἰ μὲν οὖν περὶ τ῞ ἐξελασάντων αὐτȣὺς ὤμο-
σαν μηδὲ πόλε εὐνοήσειν, λόγον εἶχεν εἰκότα, πᾶσι
δὲ πόλεμον ἀνθρώποις ἀκήρυκτον ἄρασθαι τȣ῞τȣς, εἴπερ
ἔπρατον ὡς αὐτὸς λέγει κακῶς, πολὺ πάντων βοη-
θείας δεομένȣς, ἄνοιαν οὐκ ἐκείνων, ἀλλὰ τȣ῞ ψευδο-
μένȣ πάνυ πολλὴν παρίστησιν. ὅς γε καὶ τȣ῞νομα θέσθαι
τῇ πόλει ἀπὸ τ῞ [x] ἱεροσολίας αὐτȣὺς ἐτόλμησεν εἰπεῖν,
τȣ῞το δὲ μὴ ταῦτα πεπρᾶχθαι. δῆλον γὰρ ὅτι τοῖς
μὲν ὕστερον γενομένοις αἰσχύνην τȣ῞νομα καὶ μῖσος ἔφερε·
αὐτοὶ δ᾽ οἱ κτίζοντες τ῞ πόλιν, κοσμήσειν αὐτȣὺς
ὑπελάμβανον ἔτως ὀνομάσαντες. ὁ δὲ γενναῖος ὑπὸ
πολλῆς τȣ῞ λοιδορεῖν ἀκρασίας ȣ῞ συνῆκεν, ὅτι ἱεροσυ-
λεῖν ȣ῞ κατ᾽ τ῞ αὐτὴν φωνὴν Ιȣδαῖοι τοῖς Ελλησιν ὀνο-
μάζομεν. τί οὖν [y] ἔτι πλείω τις λέγοι πρὸς τ῞ ψευ-
δόμενον ἔτως ἀναισχύντως; ἀλλ᾽ ἐπειδὴ σύμμετρον ἤδη
τὸ βιβλίον εἴληφε μέγεθος, ἑτέραν ποιησάμενος
ἀρχὴν, τὰ λοιπὰ τ῞ εἰς τὸ προκείμενον πειράσομαι
προσαποδȣναι.

„ venisse in locum qui nunc Judæa dicitur,
„ conditaque civitate illic habitare. istam autem
„ urbem ἱερόσυλα ab ipsorum * dispositione no-
„ minatam esse: postea autem auctos viribus
„ nomen mutasse ut probro non afficerentur, &
„ urbem Hierosolyma, & seipsos Hierosolymos
„ vocasse.

Facetus error de Hierosolymis.

35. Hic non eundem cum illis invenit regem quem memoraret, sed recentius nomen confinxit; & omisso somnio & vate Ægyptio ad Ammonem abiit de impetiginosis ac leprosis responsum relaturus. Dicit enim ad templa collectam multitudinem Judæorum. incertum leprosisne nomen imponens, an quod solos Judæos morbus occuparit? ait enim, populus Judæorum. qualis? advena an indigena? Cur igitur eos, cum sint Ægyptii, Judæos vocas? Quod si hospites sint, cur undenam sunt non dicis? Quomodo autem, cum rex tam multos ex his in mare demersisset, & reliquos in loca deserta ejecisset, tanta multitudo superfuit? aut quo pacto desertum pertransierunt, & regionem occuparunt quam nunc tenemus, & urbem insuper condiderunt, & templum exstruxerant apud omnes celebre? Oportebat autem non solum legislatorem nominasse, sed & genus ejus indicasse, quisnam erat, & ex quibus ortus; & quamobrem eis inter eundum tales voluerit ferre leges de Diis, deque iis quæ hominibus cederent in injuriam. Sive enim Ægyptii erant genere, non tam facile patrios mores abdicassent: sive aliunde erant, omnino aliquas habebant leges ad quas longa consuetudine instituti erant. At enim si quidem jurassent, nunquam se illis qui eos expulerant fore benevolos, non immerito factum fuisset; illos vero bellum acerrimum adversus omnes homines suscepisse, cum essent (ut ipse ait) miseri, & omnium opis egeni, magnam plane non illorum, sed qui ista finxerit, stultitiam ostendisset; qui scilicet affirmare ausus est, nomen impositum civitati à templorum spoliatione, & hoc postea fuisse mutatum. Manifestum enim posteris quidem tale nomen probrosum fuisse & odiosum; ipsi vero qui fundarunt urbem, sibi ornamento fore existimarunt ejusmodi nomen. Hic autem vir bonus præ immoderata convitiandi intemperantia non intellexit, quod sacrorum direptio non eadem voce Græcis & Judæis exprimitur. Quid ergo amplius quilibet diceret contra mendacium impudenter adeo confictum? Sed quoniam justam ad magnitudinem excrevit libellus, alio facto principio, reliqua, quæ ad id quod proposui spectant, faciam sedulo ut adjiciantur.

n Ιερόσυλα] Ιεροσόλυμα in *MSS.*
o Ωνομάσθ.] Ωνόμασται in *MSS.*
p Προς το μη ονειδίζεσθ,] Ita lego cum *Vet. Interpr.* antea erat προς το ονειδίζεσθ.
q Οὐ τ] ȣ῞ δὲ τ῞ *Hafn.*
r Αμμωνα] Αμμωνος *Hafn.*
s Αρα γε] Absunt ab *Hafn.*
t Τȣ῞τοις τοῖς λεπροῖς ὄνομα θέμενος,] Illud τȣ῞τοις ex *MSS.*
v Η μόνων τ῞ Ιȣδαίων] Μόνων in *MSS.*
x Ιεροσολίας] Vide *Nicephorum Callistum* in *Eccl. Hist.* l. IV, c. 33. sub finem.
y Ετι] Επὶ *Hafn.*

* *Viz.* quod ἱερὰ συσυλήκασι.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ,

ΠΕΡΙ

ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ,

ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ

ΛΟΓΟΣ Β'.

FLAVII JOSEPHI,

DE

ANTIQUITATE JUDÆORUM,

CONTRA APIONEM

LIBER II.

SUPERIORI quidem libro, mi chariſſime Epaphrodite, & gentis noſtræ antiquitatem demonſtravi, veritatem ex Phœnicum & Chaldæorum & Ægyptiorum ſcriptis confirmando, multis etiam Græcorum hiſtoricis in teſtes adductis, & calumnias Manethonis & Chæremonis & aliorum quorundam refutavi. Nunc vero ad reliquos, qui aliquid contra nos ſcripſerunt, refellendos arguendoſque aggrediar: quanquam ſubit mihi dubitare, an Apioni Grammatico refutando operam impenderem. Nam eorum quæ ab ipſo ſcripta ſunt, nonnulla quidem ſimilia ſunt dictis aliorum, quæ vero de ſuo adjecit valde frigida ſunt; & in pleriſque ſcurrilitatem prodit, ſeque (ſi vere *& libere loquendum*) plane indoctum eſſe oſtendit; ac ſi compoſita eſſent ab homine pravis moribus, quique omni vita ſua ſe pro circulatore geſſit. Quoniam vero multi hominum præ ſtultitia iſtiuſmodi potius orationibus capiuntur, quam iis quæ cura quadam *& diligentia* literis ſunt mandatæ, & contumeliis quidem gaudent, aliorum vero laudes moleſte ferunt, neceſſarium eſſe duxi ne hunc quidem ſine examine præterire, qui nos palam tanquam in judicio accuſavit. Etenim illud quoque hominum pleriſque inſitum video, ut valde delectentur, cum is, qui alteri orſus eſt maledicere, ſua ob vitia redarguitur. Ejus quidem certe orationem nec legere facile eſt, neque plane intelligere quid dicere velit:

Apion qualis homo.

ΔΙΑ μὲν οὖν τοῦ προτέρου βιβλίου, τιμιώτατέ μοι Επαφρόδιτε, περί τε τῆς ἀρχαιότητος ἡμῶν ἐπέδειξα τοῖς Φοινίκων καὶ Χαλδαίων καὶ Αἰγυπτίων γράμμασι πιστωσάμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ πολλοὺς τῶν Ελλήνων συγγραφεῖς παραχόμενος μάρτυρας· τήν τε ἀντίῤῥησιν ἐποιησάμην πρὸς Μανεθῶνα καὶ Χαιρήμονα καί τινας ἑτέρους. ἄρξομαι δὲ νῦν τοὺς ὑπολειπομένους τῶν γεγραφότων τὶ καθ' ἡμῶν ἐλέγχειν· [c] καί τοι περὶ τῆς πρὸς Απίωνα τὴν γραμματικὸν [d] ἀντιῤῥήσεως ἐπῆλθέ μα διαπορεῖν, εἰ χρὴ σπουδάσαι. τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων τοῖς ὑπ' ἄλλων εἰρημένοις ὅμοια, τὰ δὲ λίαν ψυχρῶς προστέθεικεν, τὰ πλεῖστα δὲ βωμολοχίαν ἔχει, καὶ πολλὴν, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀπαιδευσίαν· ὡς ἂν ὑπ' ἀνθρώπου συγκείμενα καὶ φαύλου τὴν τρόπον, καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον [e] ὀχλαγωγοῦ γεγονότος. ἐπεὶ δ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων [f] διὰ τὴν ἄνοιαν ὑπὸ τῶν τοιούτων ἁλίσκονται λόγων μᾶλλον, ἢ τῶν μετά τινος σπουδῆς γεγραμμένων, καὶ χαίρουσι μὲν ταῖς λοιδορίαις, ἄχθονται δὲ τοῖς ἐπαίνοις, ἀναγκαῖον ἡγησάμην εἶναι, μηδὲ τοῦτον ἀνεξέταστον καταλιπεῖν, κατηγορίαν ἡμῶν ἄντικρυς ὡς ἐν δίκῃ γεγραφότα. καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ὁρῶ παρακολουθοῦν, τὸ λίαν ἐφήδεσθαι, ὅταν τὶς ἀρξάμενος βλασφημεῖν ἕτερον, αὐτὸς ἐλέγχηται περὶ τῶν αὐτῷ προσόντων κακῶν. ἔστι μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιον αὐτοῦ διελθεῖν τὸν λόγον, οὐδὲ σαφῶς γνῶναι τί λέγειν βούλεται.

σχεδὸν

a ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ] Hoc in libro *Apioni* præcipue reſpondet *Joſephus*. nam prior liber aliis Judaïcæ gentis obtrectatoribus ab eo eſt oppoſitus. *Uſſerius*.

b ΛΟΓΟΣ Β'.] Αντιῤῥητικὸς λόγος δεύτερος in aliquot *MSS*. ut & *Hafn*.

c Καί τοι] Καὶ τοῖς περὶ τῆς. . . . . ἀντιῤῥήσεως τετολμημένοις in *MSS*.

d Αντιῤῥήσεως] additur τετολμημένους in *Hafn*.

e Οχλαγωγοῦ] Conf. infr. §. 12. SPANH.

f Διὰ τὴν ἄνοιαν] Διὰ τὴν αὐτῶν (αὐτὴν *Hafn*.) ἄνοιαν *MSS*.

g Πᾶ-

χεδὸν δ' ὡς ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ψευσμάτων συγχύσει, τὰ μὲν εἰς τὴν ὁμοίαν ἰδέαν πίπτει τοῖς προεξητασμένοις, περὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου τῶν ἡμετέρων προγόνων μεταναστάσεως· τὰ δ' ἐστὶ κατηγορία τῶν ἐν Αλεξανδρείᾳ κατοικούντων Ιουδαίων. τρίτον δ' ἐπὶ τούτοις μέμικται, περὶ τῆς ἁγιστίας τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων νομίμων κατηγορίας.

β'. Οτι μὲν οὖν οὔτε Αἰγύπτιοι τὸ γένος ἦσαν ἡμῶν οἱ πατέρες, οὔτε διὰ λύμην σωμάτων, ἢ τοιαύτας ἄλλας συμφοράς τινας ἐκεῖθεν ἐξηλάθησαν, οὐ μόνον μετρίως, ἀλλὰ καὶ πέρα τοῦ συμμέτρου προαποδεδεῖχθαι νομίζω. περὶ ὧν δὲ προστίθησιν ὁ Απίων ἐπιμνησθήσομαι συντόμως. φησὶ γὰρ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν τάδε. „ Μωϋσῆς, ὡς ἤκουσα παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν Αἰγυπτίων, ἦν Ηλιουπολίτης· ὃς, πατρίοις ἔθεσι κατηγγυημένος, αἰθρίους προσευχὰς ἀνῆγεν εἰς οἵους εἶχεν ἡ πόλις περιβόλους. πρὸς ἀφηλιώτην δὲ [g] πᾶσαν ἀπέστρεφεν. ὧδε γὰρ καὶ Ηλίου κεῖται πόλις. ἀντὶ δὲ ὀβελῶν ἔστησε κίονας, ὑφ' οἷς ἦν ἐκτύπωμα [h] σκάφης, σκία δ' ἀπ' ἄκρων ἐπ' αὐτὴν διακειμένη, ὡς, ὃν ἐν αἰθέρι, τοῦτον ἀεὶ τὸν δρόμον Ηλίῳ συμπεριπολεῖ. " τοιαύτη μέν τις ἡ θαυμαστὴ τοῦ γραμματικοῦ φράσις. τὸ δὲ ψεῦσμα λόγων οὐ δεόμενον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων περιφανές. οὔτε γὰρ αὐτὸς Μωϋσῆς ὅτε τὴν πρώτην σκηνὴν τῷ Θεῷ κατεσκεύασεν, οὐδὲν ἐκτύπωμα τοιοῦτον [i] εἰς αὐτὴν ἐνέθηκεν, οὔτε ποιεῖν τοῖς ἔπειτα προσέταξεν· ὅ, τε μετὰ ταῦτα κατασκευάσας τὸν ναὸν τὸν ἐν Ιεροσολύμοις Σολομὼν πάσης ἀπέσχετο τοιαύτης περιεργίας, οἵαν συμπέπλεκεν Απίων. „ ἀκοῦσαι δὲ, φησὶ, τῶν πρεσβυτέρων, ὅτι Μωϋσῆς ὁ Ηλιουπολίτης, [k] δηλονότι νεώτερος μὲν ὢν αὐτὸς, ἐκείνοις δὲ πιστεύσας, τοῖς διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπισταμένοις αὐτὸν καὶ συγγενομένοις. " καὶ περὶ μὲν Ομήρου τοῦ ποιητοῦ, γραμματικὸς ὢν αὐτὸς, οὐκ ἂν ἔχοι τίς αὐτοῦ πατρίς ἐστι διαβεβαιωσάμενος εἰπεῖν, οὐδὲ περὶ Πυθαγόρου μόνον οὐκ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότος· περὶ δὲ Μωϋσέως τοσούτῳ πλήθει προάγοντος ἐκείνους ἐτῶν, οὕτως ἀποφαίνεται ῥᾳδίως πιστεύων ἀκοῇ πρεσβυτέρων, ὡς δηλός ἐστι καταψευσάμενος. τὰ δὲ δὴ [l] τῶν χρόνων, ἐν οἷς φησι τὸν Μωϋσῆν ἐξαγαγεῖν τοὺς λεπρῶντας καὶ τυφλοὺς καὶ τὰς βάσεις πεπηρωμένους, σφόδρα δὴ τοῖς [m] πρὸ αὐτοῦ συμπεφωνηκεν ὡς οἶμαι ὁ γραμματικὸς ὁ [n] ἀκριβέστατος. [o] Μανεθὼς μὲν γὰρ κατὰ τὴν Τεθμώσιος βασιλείαν ἀπαλλαγῆναί φησιν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ιουδαίους, πρὸ ἐτῶν τριακοσίων ἐνενηκοντατριῶν τῆς εἰς Αργος Δαναοῦ φυγῆς· Λυσίμαχος δὲ κατὰ Βόκχωριν τὸν βασιλέα, τουτέστι πρὸ ἐτῶν χιλίων ἑπτακοσίων. Μόλων δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς ὡς αὐτοῖς ἔδοξεν. ὁ δέ γε πάντων πιστότατος Απίων ὡρίσατο τὴν ἔξοδον ἀκριβῶς, [p] κατὰ τὴν ἑβδόμην Ολυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος εἶναι πρῶτον, ἐν ᾧ φησι Καρχηδόνα Φοίνικες ἔκτισαν. τοῦτο δὲ πάντως προσέθηκε τὸ Καρχηδόνα, τεκμήριον οἰόμενος αὐτῷ γενέσθαι τῆς ἀληθείας ἐναργέστατον· οὐ συνῆκε δὲ καθ' ἑαυτοῦ τὸν ἔλεγχον ἐπισπώμενος. εἰ γὰρ περὶ τῆς [q] ἀποικίας πιστεύειν δεῖ ταῖς Φοινίκων ἀναγραφαῖς, ἐν ἐκείναις Εἴρωμος ὁ βασιλεὺς γέγραπται πρεσβύτερος τῆς Καρχηδόνος κτίσεως, [r] ἔτεσι πλείοσι πρὸς τοῖς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, [s] περὶ οὗ τὰς πίστεις

fere autem quasi valde perturbatus & ex mendaciis confusus, passim quidem in similia incidit iis, quæ supra ad examen vocavimus de majorum nostrorum ex Ægypto migratione; partim vero accusationem instituit Judæorum Alexandriam habitantium. tertium autem istis admiscetur de sacris templi nostri ceremoniis, & aliis ritibus quos criminatur.

Summa libri Apionis contra Judaos.

2. Sane quod nec genere Ægyptii fuerint patres nostri, neque ob labem corporis aut alias quasdam ejusmodi calamitates inde pulsi fuerint, non mediocriter solum, sed pene ultra modum, superius à me demonstratum existimo: quæ vero istis adjungit Apion breviter memorabo. Ista enim in tertio rerum Ægyptiacarum dicit: „ Moyses, ut accepi à grandioribus natu Ægyptiis, Heliopolitanus erat; qui, patriis institutis obligatus, subdiales precationes ad septa qualia urbs habebat, reduxit. Totam autem *civitatem* ad subsolanum *inter precandum* convertebat. ita enim Heliopolis sita est. Pro gnomonibus autem columnas statuit, quibus scaphæ forma subjecta erat; ab harum vero summitatibus umbra in eam incidebat; ita ut eundem cursum quem sol in æthere absolveret. " Atque hujuscemodi est admiranda illa hujus Grammatici phrasis. Mendacium autem verbis argui non desiderat, sed ex operibus *Moysis* abunde constat. Neque enim cum primum tabernaculum Deo construeret Moyses, aut ipse ullam talem formam ei indidit, aut posteros facere præcepit: neque Solomon, qui postea templum construxit Hierosolymis, se *ea in re* ita curiosum exhibuit, qualiter confinxit Apion. „ Accepisse autem dicit à senioribus, „ Moysen fuisse Heliopolitanum: " scilicet ipse quidem junior, illis vero fidem habens, qui per ætatem illum noverant, & cum eo versati fuerant. Cum de Homero quidem poëta, ipse, licet Grammaticus, non posset quænam ejus sit patria certo affirmare; neque de Pythagora tantum non heri nudiusve tertius nato: de Moyse vero tam multis annis illos præcedente tam facile decernit, credens iis quæ à senioribus acceperat. unde manifeste illum mentiri apparet. Quod ad temporum vero rationem, quibus Moysen ait eduxisse leprosos & cæcos & claudos, belle antecessoribus suis (uti puto) concinit Grammaticus *ille* accuratissimus. Nam Manetho quidem Judæos dicit regnante Tethmosi ex Ægypto discessisse, annis CCCXCIII. antequam exsilium apud Argos egerit Danaus: Lysimachus vero tempore Bocchoris regis, hoc est ante annos MDCC. Molon autem & alii quidam, ut cuique visum est. At vero Apion cæteris fide dignior exacte illum exitum definivit VII. Olympiade, ejusque anno primo, in quo, ut ait, Pœni Carthaginem condiderunt. Carthaginis autem mentionem adjecit, ratus id veritatis argumentum fore evidentissimum: nec animadvertit à semetipso adductum quo coargueretur. Si enim de hac colonia, monumentis Phœnicum credendum est, in illis Hiromus rex traditur antiquior Carthaginis conditu annis plus quam CL. de quo supe-

Apionis confutatio.

g Πᾶσαν] πάσας *Hafn.*

h Σκάφης,] Ita lego cum *Huetio* in *Demonstr. Evang.* prop. IV. §. 14. antea erat σκάφη, σκία δ' ἀνδρὸς, & mox ὡς ὅτι ἐν αἴθ.

i Εἰς αὐτὴν ἐνέθηκεν,] Ita *MSS.* εἰς αὐτὸν in *Editis.*

k Δηλονότι] δῆλον ὅτι *Hafn.*

l Τῶν χρόνων,] τὸν χρόνον *Hafn.*

m Πρὸ αὐτοῦ] Sic *MSS.* παρ' αὐτοῦ in *Editis.*

n Ακριβέστατος.] Ita in *MS. Eliensi.* ἀκριβῆς in *cæteris.*

o Μανεθὼς μὲν—βασιλείαν. &c.] Conf. supr. lib. 1. §. 26. SPANH.

p Κατὰ τὴν ἑβδόμην Ολυμπιάδα,—τὸ Καρχηδόνα,] Conf. supr. lib. 1. §. 18. SPANH.

q Αποικίας] ἀπιστείας *Hafn.*

r Ετεσι πλείοσι πρὸς τοῖς πεντήκοντα] Supra in libro superiori dicitur; ἔτεσι πέντε πρὸς τοῖς π.

s Περὶ οὗ τὰς πίστεις—ἀναγραφῶν,] Conf. supr. lib. 1. §. 18. SPANH.

Pergit Apionem confutare.

superius ex Phœnicum commentariis confirmatum dedi, quod Solomoni, cum templum Hierosolymitanum exstruxisset, amicus fuerit Hiromus, & multa ad templi fabricam contulerit. ipse vero Solomon templum ædificavit post Judæorum discessum ex Ægypto annis DCXII. Porro numerum pulsorum eundem quem Lysimachus commentus (ait enim eorum fuisse millia cx.) miram quandam & credibilem reddit causam, cur Sabbatum nominari dicit *diem septimam*. „Exacto enim „ inquit) sex dierum itinere, inguinum ulceribus „ affecti sunt, & hac de causa septima die quieve„ runt, incolumes constituti in regione, quæ nunc „ Judæa vocatur: & appellaverunt eam diem Sab„ batum, servata Ægyptiorum voce; nam inguinis „ dolorem Ægyptii vocant Sabbatosin." Annon igitur vel deridenda hæc nugacitas, vel contra odio habenda talis in scribendo impudentia. Apparet enim quod omnes inguinibus laboraverint, hominum millia centum & decem. Atqui si erant cæci & claudi & omne genus morbis vexati, quales *eos* fuisse ait Apion, ne unius quidem diei iter progredi valuissent. Sin autem poterant per magnam solitudinem proficisci, prætereaque sibi obsistentes vincere ad unum omnes pugnando, nequaquam universi post sextam diem inguinum morbo correpti fuissent. Neque enim à natura tale quippiam venire iter agentibus necesse est. Sed plurimarum myriadum exercitus definita semper itinera peragunt. neque temere ita accidisse verisimile videtur. hoc enim omnium absurdissimum est. At vero mirificus *hic* Apion „ sex quidem „ diebus eos pervenisse in Judæam jam ante dixit: „ rursus autem Moysen conscenso monte Ægy„ ptum inter & Arabiam medio, qui Sinæus ap„ pellatur, quadraginta diebus delituisse dicit, „ indeque descendentem Judæis leges dedisse." quanquam fieri non potest, eosdem & quadraginta dies in deserto ac inaquoso loco manere, & quod in medio spatium est id totum sex diebus pertransire. Grammatica autem translatio de appellatione Sabbati multam præ se fert impudentiam vel certe magnam imperitiam. nam Sabbo & Sabbatum plurimum inter se differunt. quippe Sabbatum ex Judæorum dialecto est cessatio ab omni opere: Sabbo vero, ut ille affirmat, apud Ægyptios inguinum dolorem significat.

De vocibus Sabbatum & Sabbo.

3. Hujuscemodi quidem nonnulla de Moyse & Judæorum ex Ægypto discessu nuper excogitavit Ægyptius Apion, præter alios ista commentus. Et quid mirum, si de nostris mentitur patribus, dicens eos genere Ægyptios esse. Ipse enim è contra de seipso mentiebatur: & natus in Oasi Ægypti, & Ægyptiorum omnium (ut sic dixerim) primus, veram quidem patriam & genus suum ejuravit. Alexandrinum autem se mentitus. generis sui pravitatem agnoscit. Merito igitur quos odit & conviciis insectatur, eos Ægyptios appellat. Nisi enim pessimos esse existimaret Ægyptios, genus suum haud ipse negasset. quandoquidem qui se patriæ celebritate efferunt, honorificum quidem ducunt ab ea cognominari, eos vero redarguunt qui præter jus eam sibi vendicant. Erga nos autem alterutro modo affecti sunt Ægyptii.

ἀνωτέρω παρέσχον ἐκ τῶν Φοινίκων ἀναγραφῶν, [t] καὶ ὅτι Σολομῶντι, τῷ τὸν ναὸν οἰκοδομησαμένῳ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, φίλος ἦν Εἴρωμος, καὶ πολλὰ συνεβάλλετο πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευήν. αὐτὸς δὲ ὁ Σολομῶν ᾠκοδόμησε τὸν ναὸν, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους, [v] δώδεκα καὶ ἑξακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον. τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν ἐλασθέντων [x] τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ σχεδιάσας, ἕνδεκα γὰρ αὐτοὺς εἶναι φησὶ μυριάδας, θαυμαστήν τινα καὶ πιθανὴν ἀποδίδωσιν αἰτίαν, ἀφ' ἧς φησι τὸ σάββατον ὠνομάσθαι. „ ὁδεύσαντες γὰρ, φησὶν, ἐξ ἡμερῶν ὁδὸν „ βουβῶνας ἔσχον, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῇ ἑβδόμῃ „ ἡμέρᾳ ἀνεπαύσαντο σωθέντες εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν „ Ἰουδαίαν λεγομένην, καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέραν σάββα„ τον, σώζοντες τὴν Αἰγυπτίων γλῶτταν. τὸ γὰρ βου„ βῶνος ἄλγος καλοῦσιν Αἰγύπτιοι [y] Σαββάτωσιν. οὐκ ἂν οὖν τις [z] ἢ καταγελάσειε τῆς φλυαρίας, ἢ τοὐναντίον μησήσειε τὴν ἐν τῷ τοιαῦτα γράφειν ἀναίδειαν. δῆλον γὰρ ὅτι πάντες ἐβουβωνίασαν ἕνδεκα μυριάδες ἀνθρώπων. ἀλλ' εἰ μὲν ἦσαν ἐκεῖνοι τυφλοὶ καὶ χωλοὶ καὶ πάντα τρόπον νοσοῦντες, ὁποίους αὐτοὺς εἶναι φησὶν Απίων, οὐδ' ἂν μιᾶς ἡμέρας προελθεῖν ὁδὸν ἠδυνήθησαν. εἰ δ' οἷοι βαδίζειν διὰ πολλῆς ἐρημίας, καὶ προσέτι νικᾷν τοὺς αὐτοῖς [a] ἀνθισταμένους μαχόμενοι πάντες, οὐκ ἂν ἀθρόοι μετὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν ἐβουβωνίασαν. οὔτε γὰρ φύσει πῶς γίνεται τοιοῦτον [b] τοῖς βαδίζουσιν ἐξ ἀνάγκης. ἀλλὰ πολλαὶ μυριάδες στρατοπέδων [c] τὸ σύμμετρον ἀεὶ βαδίζουσιν. οὔτε κατ' αὐτόματον εἰκὸς οὕτω συμβῆναι. πάντων γὰρ ἀλογώτατον. ὁ δὲ θαυμαστὸς Απίων, „ διὰ μὲν ἓξ ἡμερῶν αὐτοὺς ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἰου„ δαίαν προείρηκεν, πάλιν δὲ τὸν Μωϋσῆν εἰς τὸ μεταξὺ „ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αραβίας ὄρος, ὃ καλεῖται Σίναιον, „ ἀναβάντα φησὶν [d] ἡμέραις τεσσαράκοντα κρυφθῆναι, „ κἀκεῖθεν καταβάντα, δοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις τοὺς νόμους. καίτοι πῶς οἷόν τε τοὺς αὐτοὺς καὶ τεσσαράκοντα μένειν ἡμέρας ἐν ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ τόπῳ, καὶ τὴν μεταξὺ πᾶσαν ἐν ἡμέραις ἓξ διελθεῖν. ἡ δὲ περὶ τὴν ὀνομασίαν τοῦ σαββάτου γραμματικὴ μετάθεσις ἀναίδειαν ἔχει πολλὴν ἢ δεινὴν ἀμαθίαν. τὸ γὰρ [e] σαββὼ καὶ σάββατον πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ σάββατον κατὰ τὴν [f] Ἰουδαίαν διάλεκτον ἀνάπαυσίς ἐστιν ἀπὸ παντὸς ἔργου, τὸ δὲ σαββὼ, καθάπερ ἐκεῖνός φησι, δηλοῖ παρ' Αἰγυπτίοις τὸ βουβῶνος ἄλγος.

γ'. Τοιαῦτα μέν τινα περὶ Μωϋσέως καὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου γενομένης τοῖς Ἰουδαίοις ἀπαλλαγῆς, ὁ Αἰγύπτιος Απίων ἐκαινοποίησε, παρὰ τοὺς ἄλλους ἐπινοήσας. καὶ τίγε δεῖ θαυμάζειν, εἰ περὶ τῶν ἡμετέρων ψεύδεται προγόνων, λέγων αὐτοὺς εἶναι τὸ γένος Αἰγυπτίους. αὐτὸς γὰρ περὶ αὐτοῦ τοὐναντίον ἐψεύδετο. καὶ γεγενημένος [g] ἐν Οάσει τῆς Αἰγύπτου, πάντων Αἰγυπτίων πρῶτος ὢν ὡς ἂν εἴποι τις, τὴν μὲν ἀληθῆ πατρίδα καὶ τὸ γένος ἐξωμόσατο. Αλεξανδρεὺς δὲ εἶναι καταψευδόμενος, ὁμολογεῖ τὴν μοχθηρίαν τοῦ γένους. εἰκότως οὖν οὓς μισεῖ καὶ βούλεται λοιδορεῖν, τούτους Αἰγυπτίους καλεῖ. εἰ μὴ γὰρ φαυλοτάτους εἶναι ἐνόμιζεν Αἰγυπτίους, οὐκ ἂν τοῦ γένους αὐτὸς ἔφυγεν. ὡς [h] οἵγε μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι, σεμνύνονται μὲν ἀπὸ τούτων αὐτοὶ χρηματίζοντες, τοὺς [i] ἀδίκως δ' αὐτῶν ἀντιποιουμένους ἐλέγχουσι. πρὸς ἡμᾶς δὲ δυοῖν θάτερον Αἰγύπτιοι πεπόν-

t Καὶ ὅτι Σολομῶντι,] Illud ἐ adjectum esse volui.

v Δώδεκα καὶ ἑξακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον.] In *Antiquitatum* l. VIII. c. 3. tantum 592. annos computat.

x Τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ σχεδιάσας,] Αὐτῷ Λυσ. in *MS. Eliensi.*

y Σαββάτωσιν.] Mox Σαββὼ de eodem. SPANH.

z Η καταγελάσειε τῆς φλυαρίας,] Οὐ καταγ. in *eodem MS.*

a Ανθισταμενους] Ανισταμένους *Big.*

b Τοῖς βαδίζουσιν] Υπὸ τοῖς in *Codice Eliensi.*

c Τὸ σύμμετρον] Τὸ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας στρατ. in *MSS.* ut & *Hafn.*

d Ημέραις τεσσαράκοντα κρυφθῆναι,] Ημέρας *Big.*

e Σαββὼ] Conf. mox supr. SPANH.

f Ιουδαιαν διάλεκτον] Ιουδαίων *Big.*

g Εν Οάσει τῆς Αἰγύπτου] Apion in Oasi urbe Ægypti natus; mox infr. §. 4. ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου SPANH.

h Οἵγε μεγαλοφρονοῦντες] Ὡς οἶμαι μεγ. in *Cod. Eliensi.*

i Αδίκως] Αδίκους *Big.* & *Hafn.*

k Τὸν

πόνθασιν. ἢ γὰρ ὡς ἐπισεμνυνόμενοι προσποιοῦνται τὴν συγγένειαν, ἢ κοινωνοὺς ἡμᾶς ἐπισπῶνται τῆς αὐτῶν κακοδοξίας. ὁ δὲ γενναῖος Απίων δοκεῖ μὲν τὴν βλασφημίαν τὴν καθ' ἡμῶν ὥσπερ τινα μισθὸν ἐθελῆσαι παρασχεῖν Αλεξανδρεῦσι τῆς δοθείσης αὐτῷ πολιτείας· καὶ τὴν ἀπέχθειαν αὐτῶν ἐπιστάμενος [k] τὴν πρὸς τοὺς συνοικοῦντας αὐτοῖς ἐπὶ τῆς Αλεξανδρείας Ιουδαίους, [l] προτέθετο μὲν ἐκείνοις λοιδορεῖσθαι, [m] συμπεριλαμβάνει δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἐν ἀμφοτέροις ἀναισχύντως ψευδόμενος.

δ'. Τίνα τοίνυν ἐστὶ τὰ δεινὰ καὶ σχέτλια τῶν ἐν Αλεξανδρείᾳ κατοικούντων Ιουδαίων, ἃ κατηγόρηκεν αὐτῶν, ἴδωμεν. „ ἐλθόντες, φησὶν, ἀπὸ Συρίας ὤκησαν πρὸς „ ἀλίμενον θάλασσαν, γειτνιάσαντες ταῖς τῶν κυμάτων „ ἐκβολαῖς." οὐκ οὖν ὁ τόπος εἰ λοιδορίαν ἔχει, τὴν οὐ πατρίδα μὲν, λεγομένην δὲ αὐτοῦ, τὴν Αλεξάνδρειαν λοιδορεῖ. ἐκείνης γὰρ καὶ τὸ παράλιόν ἐστι μέρος ὡς πάντες ὁμολογοῦσιν εἰς κατοίκησιν τὸ κάλλιστον. Ιουδαῖοι δ' εἰ μὲν βιασάμενοι κατέσχον, ὡς μηδ' ὕστερον ἐκπεσεῖν, ἀνδρείας τεκμήριόν ἐστ' αὐτοῖς. εἰς κατοίκησιν δὲ αὐτοῖς ἔδωκε τόπον Αλέξανδρος· [n] καὶ ἴσης παρὰ τοῖς Μακεδόσι τιμῆς ἐπέτυχον. οὐκ οἶδα δὲ τί ποτ' ἂν ἔλεγεν Απίων, εἰ πρὸς τῇ Νεκροπόλει κατῴκουν, [o] καὶ μὴ πρὸς τοῖς βασιλείοις ἦσαν ἱδρυμένοι, καὶ μέχρι νῦν αὐτῶν ἡ φυλὴ τὴν προσηγορίαν [p] εἶχε Μακεδόνες. εἰ μὲν οὖν ἀναγνοὺς τὰς ἐπιστολὰς Αλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, καὶ τὰς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, καὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον τῆς Αἰγύπτου βασιλέων ἐντυχὼν τοῖς γράμμασι, καὶ τὴν στήλην τὴν ἑστῶσαν ἐν Αλεξανδρείᾳ καὶ τὰ δικαιώματα περιέχουσαν, ἃ Καῖσαρ ὁ μέγας τοῖς Ιουδαίοις ἔδοκεν· εἰ μὲν οὖν ταῦτα, φημὶ, γινώσκων, τἀναντία γράφειν [q] ἐτόλμησε, πονηρὸς ἦν· εἰ δὲ μηδὲν ἠπίστατο τούτων, ἀπαίδευτος. τὸ δὲ δὴ θαυμάζειν πῶς Ιουδαῖοι ὄντες Αλεξανδρεῖς ἐκλήθησαν, τῆς ὁμοίας ἀπαιδευσίας. πάντες γὰρ οἱ εἰς ἀποικίαν τινὰ κατακληθέντες, κἂν πλεῖστον ἀλλήλων τοῖς γένεσι διαφέρωσιν, ἀπὸ τῶν οἰκιστῶν τὴν προσηγορίαν λαμβάνουσι. καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν. αὐτῶν γὰρ ἡμῶν οἱ τὴν Αντιόχειαν κατοικοῦντες, Αντιοχεῖς ὀνομάζονται τὴν γὰρ πολιτείαν αὐτοῖς ἔδωκεν ὁ κτίστης Σέλευκος. ὁμοίως οἱ ἐν Εφέσῳ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην Ιωνίαν, τοῖς αὐθιγενέσι πολίταις ὁμωνυμοῦσι· τοῦτο παρασχόντων αὐτοῖς τῶν διαδόχων. ἡ δὲ Ρωμαίων φιλανθρωπία [r] πᾶσιν μικροῦ δεῖν τῆς αὐτῶν προσηγορίας [s] μεταδέδωκεν· οὐ μόνον ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλοις ἔθνεσιν ὅλοις. Ιβηρες γοῦν οἱ πάλαι, καὶ Τυῤῥηνοὶ, καὶ Σαβῖνοι, Ρωμαῖοι καλοῦνται. εἰ δὲ [t] τοῦτον ἀφαιρεῖται τὸν τρόπον τῆς πολιτείας Απίων, παυσάσθω λέγων αὐτὸν Αλεξανδρέα. γεννηθεὶς γὰρ, ὡς προεῖπον, [v] ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου, πῶς ἂν Αλεξανδρεὺς εἴη τῆς κατὰ δόσιν πολιτείας ὡς αὐτὸς ἐφ' ἡμῶν ἠξίωκεν ἀναιρουμένης. καί τοι [x] μόνοις Αἰγυπτίοις οἱ κύριοι νῦν Ρωμαῖοι τῆς οἰκουμένης μεταλαμβάνειν ἡστινοσοῦν πολιτείας ἀπειρήκασιν. ὅ δ' οὕτως ἐστὶ γενναῖος, ὡς μετέχειν ἀξιῶν αὐτὸς, ὧν τυχεῖν ἐκωλύετο, συκοφαντεῖν ἐπεχείρησε τοὺς δικαίως λαβόντας. οὐ γὰρ ἀπορίᾳ γε τῶν οἰκησόντων τὴν μετὰ σπουδῆς ὑπ' αὐτοῦ πόλιν κτιζομένην, Αλέξανδρος τῶν ἡμετέρων τινὰς ἐκεῖ συνήθροισεν. ἀλλὰ πάντας δοκιμάζων ἐπιμελῶς ἀρετῆς καὶ πίστεως, τοῦτο τοῖς ἡμετέροις τὸ γέρας ἔδωκεν. „ ἐτίμα γὰρ ἡ-

aut enim quasi sese efferentes cognationem simulant, aut nos in infamiæ suæ societatem adsciscunt. At præclarus iste Apion videtur contumeliosam nostrûm insectationem quasi mercedem voluisse reddere Alexandrinis pro data sibi civitate: cognitoque illis cum Judæis una secum Alexandriam habitantibus intercessisse inimicitiam, proposuit quidem illis convicium facere, alios vero universos simul comprehendit, de utrisque impudenter mentiens.

4. Videamus igitur quænam illa gravia & non ferenda, de quibus Judæos Alexandriam habitantes accusat. „ E Syria, inquit, profecti sedes „ fixerunt ad importuosum mare, in vicinia alli„ sionis fluctuum." Ergo si locus opprobrium habet, non quidem patriæ suæ, sed *tamen* quam patriam dicit, Alexandriæ conviciatur. illius enim & ora maritima pars est, ut omnes fatentur, ad inhabitandum optima. Sin autem per vim eam Judæi occupaverint, ita ut ne post quidem ejicerentur, fortitudinis eorum argumentum est. Verum Alexander eis locum ad habitandum dedit, & par cum Macedonibus jus consequuti sunt. Nescio autem quid dicturus fuerit Apion, si circa Necropolim habitassent, ac non circa regiam sedes posuissent, & hodieque eorum tribus appellaretur Macedones. Sane si legisset epistolas Alexandri regis, & Ptolemæi Lagi, ac in successorum illius Ægypti regum rescripta incidisset, & columnam stantem Alexandriæ, & jura continentem quæ Cæsar magnus Judæis concessit: hæc, inquam, si certe quidem sciens contraria scribere ausus est, improbus erat: sin vero nihil horum novit, indoctus. Illud autem quod se mirari dicit, quomodo cum Judæi essent Alexandrini vocarentur, similis inscientiæ est. Omnes enim in coloniam aliquam evocati, etsi plurimum invicem genere differant; à conditoribus appellationem accipiunt. Et quid opus est de aliis dicere? Nostrorum enim ipsorum qui Antiochiam inhabitabant, Antiocheni nominantur. jus enim civium eis dedit conditor Seleucus. Similiter qui in Epheso *sunt* & in reliqua Jonia eandem cum civibus inde natis appellationem sortiuntur: illis hoc præstantibus *regni* successoribus. Romanorum autem clementia omnibus fere de suo nomine appellari concessit, non solum viris *singulis*, sed & maximis gentibus in universum. Hispani scilicet antiqui & Tyrrheni & Sabini vocantur Romani. Si vero hunc modum *communionis* civitatis tollit Apion, desinat semetipsum Alexandrinum dicere. Natus enim, ut antea dixi, in intima Ægypto, quomodo erit Alexandrinus, jure civitatis, quod ipse de nobis prædicat, sublato? cum solis Ægyptiis orbis nunc Romani domini participare cujuslibet civitatis interdixerint. Ille vero adeo generosus est, ut, cum vellet *jure* obtinere quæ impetrare prohibetur, conatus fuerit eos calumniari qui ista justissime assequuti sunt. Non enim Alexander propter inopiam habitatorum civitatis, quam studiose ædificabat, nostrorum aliquos illic congregavit. Sed, omnes probitatis ergo & fidei probe perspectos & exploratos habens, hoc præmium nostris tribuit. „ nostram enim gentem

Jura & privilegia Judæis concessa ab Alexandro M. Aliisque.

Judæorum fidelitas.

k Τὴν πρὸς τοὺς συνοικοῦντας] Τοὺς πρὸς τοὺς *Big.*
l Προτέθετο] Προτίθεται *Big.* προτέθεται *Hafn.*
m Συμπεριλαμβάνει] Συμπεριλαμβάνειν *Big.*
n Καὶ ἴσης] Vide lib. 2. *de Bello Jud.* c. 18. §. 7. paul. post pr.
o Καὶ μὴ πρὸς τοῖς βασιλείοις] Καὶ μὴν πρὸς τοῖς βασιλικοῖς *Big.* & *Hafn.*
p Εἶχε Μακεδόνες.] Ita in *Cod. Big.* antea erat εἶχον.
q Ετόλμησε,] Ετόλμα *Big.*
r Πᾶσιν μικροῦ] Πᾶσιν οὐ μικροῦ δεῖν *Big.* & *Hafn.*
s Μεταδέδωκεν.] Antea μεταδιδώκασιν οὐ μ.
t Τοῦτον] τούτου *Hafn.*
v Εν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου,] Confer supr. §. 3. SPANH.
x Μόνοις Αἰγυπτίοις—ἀπειρήκασιν.] Vide *Plin. Jun.* Lib. X. Epist. XII. & *Isidor. Pelusiot.* lib. I. Epist. 489. p. 123. A. HUDS. & SPANH.

„ tem honorabat, ut etiam de nobis dicit Hecatæus, quod propter probitatem atque fidem, „ quam ei præbuere Judæi, regionem Samaritidem, ab omni tributo liberam, ab iis insuper „ teneri voluerit. " Similiter quoque sensit post Alexandrum Ptolemæus Lagi de Judæis Alexandriam habitantibus. etenim castra Ægyptiaca eis commisit, arbitratus illis nec fidem defuturam nec fortitudinem ad ea conservanda: cumque firmum in Cyrene imperium tenere vellet, & in aliis Libyæ civitatibus, illic misit partem Judæorum habitandi causa. Post hunc autem Ptolemæus, qui Philadelphus est appellatus, non solum si qui fuere captivi apud eum nostrorum omnibus libertatem, sed & pecunias sæpius dedit: & (quod maximum est) leges nostras cognoscendi desiderio tenebatur, legendique sacrarum scripturarum libros. rogatum igitur misit sibi delegari viros qui ei interpretarentur legem; utque volumina pulchre exscriberentur *hujusce rei* curam mandavit non quibuscunque viris: sed Demetrium Phalereum & Andream & Aristeam, Demetrium quidem sui ævi omnium doctrina eminentissimum, illos vero custodiam corporis sibi creditam habentes, huic curæ præfecit; non utique leges & patriam nostram philosophiam discere concupiverat, si his utentes despectui habuerit, & non potius miratus fuerit.

Ptolemæus Lagi.

Ptolemæus Philadelphus.

Versio S. Scripturarum.

5. Apion autem pene omnes deinceps Macedonum majorum ejus reges ignoravit, nobis familiarissimos & amicissimos. Nam & tertius Ptolemæus, dictus Euergetes, tota Syria vi & armis occupata, non Diis Ægyptiacis sacra fecit ut pro victoria gratias ageret; sed, cum Hierosolyma venisset, multas hostias, sicut nostri moris est, Deo immolavit, & donaria victoriâ digna dedicavit. Ptolemæus autem Philometor & uxor ejus Cleopatra omne regnum commisere Judæis, factique sunt totius militiæ duces Onias & Dositheus Judæi: quorum in nomine cavillatur Apion, cum debuisset facta eorum potius mirari & non conviciari, sed gratias illis habere quod servarint Alexandriam, cujus civis videri vult & haberi. Cum enim bellum inferrent reginæ Cleopatræ, & male pereundi discrimen adirent, isti fecerunt ut pax iniretur & mala intestina cessarent. Sed „ postea, inquit, Onias ad urbem deduxit par„ vum exercitum, cum illic præsens esset Ther„ mus Romanorum legatus. " id quod bene recteque admodum factum dicerem. Ptolemæus enim cognomine Physcon, mortuo suo fratre Ptolemæo Philometore, egressus est de Cyrene, eo animo ut Cleopatram è regno ejiceret, & filios regis, ut ipse regnum injuste sibimet applicaret; propter hæc ergo Onias adversus eum bellum pro Cleopatra suscepit: & fidem quam habuit circa reges, nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem Deus justitiæ ejus manifestus apparuit. Nam [p] Physcon Ptolemæus, cum adversum exercitum quidem Oniæ pugnare præsumeret, omnes vero Judæos in civitate positos cum filiis & uxoribus capiens nudos atque vinctos elephantis

Ptolemæus Euergetes.

Ptolemæus Philometor.

Ptolemæus Physcon.

De Onia ejusque fide.

„ μῶν τὸ ἔθνος, [y] ὡς καί φησιν Ἑκαταῖος περὶ ἡμῶν, „ ὅτι [z] διὰ τὴν ἀπιστίαν καὶ πίστιν, ἣν αὐτῷ παρέχον „ Ἰουδαῖοι, τὴν Σαμαρεῖτιν χώραν προσέθηκεν ἔχειν αὐ„ τοῖς ἀφορολόγητον. ὅμοια δὲ Ἀλεξάνδρου καὶ Πτολε„ μαῖος ὁ Λάγου περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων „ ἐφρόνησε. " καὶ γὰρ τὰ κατ' Αἴγυπτον [a] αὐτοῖς [b] ἐνεχείρισε φρούρια, πιστῶς ἅμα καὶ γενναίως φυλάξειν ὑπολαμβάνων· καὶ Κυρήνης ἐγκρατῶς ἄρχειν βουλόμενος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ πόλεων, εἰς αὐτὰς μέρος Ἰουδαίων ἔπεμψε κατοικήσον. ὁ δὲ μετ' αὐτὸν Πτολεμαῖος, ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθείς, οὐ μόνον εἴ τινες ἦσαν αἰχμάλωτοι παρ' αὐτῷ τῶν ἡμετέρων, πάντας ἀπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ χρήματα πολλάκις ἐδωρήσατο. καὶ τὸ μέγιστον, ἐπιθυμητὴς [c] ἐγένετο τοῦ γνῶναι τοὺς ἡμετέρους νόμους, καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν γραφῶν βίβλοις ἐντυχεῖν. [e] ἔπεμψε γοῦν ἀξιῶν ἄνδρας ἑρμηνεῦσαι, [f] τοὺς ἑρμηνεύσοντας αὐτῷ τὸν νόμον, καὶ γραφῆναι ταῦτα καλῶς τὴν ἐπιμέλειαν ἐπέταξεν οὐ τοῖς τυχοῦσιν· [g] ἀλλὰ Δημήτριον τὸν Φαληρέα, καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Ἀριστέα, τὸν μὲν παιδείᾳ τοῦ καθ' ἑαυτὸν [h] διαφέροντα Δημήτριον, τοὺς δὲ τοῦ σώματος αὐτοῦ φυλακὴν ἐγκεχειρισμένους, ἐπὶ τὴν ἐπιμελείας ταύτης ἔταξεν, οὐκ ἂν δήπου τοὺς νόμους καὶ [i] τὴν πάτριον ἡμῶν φιλοσοφίαν ἐπιθυμήσας ἐκμαθεῖν, εἰ τοῖς χρωμένοις αὐτοῖς ἀνδρῶν καταφρόνει, καὶ μὴ λίαν ἐθαύμαζεν.

ε'. Ἀπίωνα δὲ σχεδὸν ἐφ' ἑξῆς πάντες ἔλαθον οἱ τοῦ προγόνων αὐτοῦ Μακεδόνων βασιλεῖς, οἰκειότατα πρὸς ἡμᾶς διατεθέντες. καὶ γὰρ τρίτος Πτολεμαῖος, ὁ λεγόμενος Εὐεργέτης, κατασχὼν ὅλην Συρίαν κατ' κράτος, οὐ τοῖς κατ' Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης [k] ἔθυσεν· ἀλλὰ παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα, πολλὰς ὡς ἡμῖν νόμιμόν ἐστιν ἐπετέλεσε θυσίας τῷ Θεῷ. καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης [l] ἄξια. ὁ δὲ Φιλομήτωρ Πτολεμαῖος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Κλεοπάτρα, τὴν βασιλείαν ὅλην τῶν ἑαυτῶν Ἰουδαίοις ἐπίστευσαν. καὶ στρατηγοὶ πάσης τῆς δυνάμεως ἦσαν, Ονίας καὶ [m] Δοσίθεος Ἰουδαῖοι. ὧν Ἀπίων σκώπτει τὰ ὀνόματα· δέον τὰ ἔργα θαυμάζειν καὶ μὴ λοιδορεῖν, ἀλλὰ χάριν αὐτοῖς ἔχειν ὅτι [n] διεσώσαντο τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἧς ὡς πολίτης ἀντιποιεῖται. πολεμούντων γὰρ αὐτῶν τῇ βασιλίσσῃ Κλεοπάτρᾳ, καὶ κινδυνευόντων ἀπολέσθαι κακῶς, οὗτοι συμβάσεις ἐποίησαν, καὶ τὴν ἐμφυλίων κακῶν ἀπήλλαξαν. ἀλλὰ „ μετὰ „ ταῦτα, φησίν, Ονίας ἐπὶ τὴν πόλιν ἤγαγε στρατόν „ ὀλίγον ὄντος ἐκεῖ Θέρμου τοῦ παρὰ Ρωμαίων πρεσ„ βευτοῦ καὶ παρόντος. " ὀρθῶς ἂν ποιῶν φαίην ἂν καὶ μάλα δικαίως. ὁ γὰρ Φύσκων ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος, ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος, ἀπὸ Κυρήνης ἐξῆλθε Κλεοπάτραν ἐκβαλεῖν βουλόμενος τῆς βασιλείας, ο

sub-

y Ὡς καί φησιν Ἑκαταῖος περὶ ἡμῶν,] Conf. Antt. l. 22. c. 2. §. 3. SPANH.

z Διὰ τὴν ἀπιστίαν—Ἰουδαῖοι,] Conf. supr. lib. 1. §. 22. SPANH.

a Αὐτοῖς] Conf. Antt. l. 12. c. 1. §. 1. SPANH.

b Ἐνεχείρισε φρούρια,] Vide in *Antiquitatum* l. 12. c. 1. §. 1. paul. post med. pag. 585.

c Εἰς αὐτὰς] εἰς αὐτὰ *Hafn.*

d Ἐγένετο τοῦ γνῶναι τοὺς—ἐντυχεῖν.] Conf. Præf. Antt. §. 3. SPANH.

e Ἔπεμψε γοῦν ἀξιῶν ἄνδρας ἑρμηνεῦσαι,] Conf. Antt. lib. 12. c. 2. §. 1. SPANH.

f Τοὺς ἑρμηνεύσοντας αὐτῷ—τοῖς τυχοῦσιν.] Vide *Originum*, l. 1. Procem. pag. 2. lib. 1. c. 1. §. 3. pr. & l. 12. c. 2. §. 1. med. pag. 585. seq. & item §. 10. pag. 593.

g Ἀλλὰ Δημήτριον τὸν Φαληρέα, —καθ' ἑαυτὸν] Conf. Antt. lib. 12. c. 2. §. XI. Præf. Antt. §. 3. SPANH.

h Διαφέροντα Δημήτριον,] Διαφερόντων *Big.*

i Τὴν πάτριον ἡμῶν φιλοσοφίαν] Πάτριος φιλοσοφία de Legibus ac Institutis Mosaicis. SPANH.

k Ἔθυσεν] ἔθησεν *Hafn.*

l Ἄξια.] Ἀξίως *Big.*

m Δοσίθεος] Δωσίθεος *Big.*

n Διεσώσαντο τὴν Ἀλεξάνδρειαν,] Διέσωσαν *Big.*

o Lacuna in Græco Josephi contextu. SPANH.

p Physcon Ptolemæus,] Pro *Philopatore* male *Physconem* nominat *Josephi Interpres.*

q Unde

subjecisset, ut ab eis conculcati deficerent, & ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium quæ præparaverat evenêre. Elephanti enim relinquentes sibi appositos Judæos, impetu facto super amicos ejus, multos ex ipsis interemêre. Et post hæc Ptolemæus quidem aspectum terribilem contemplatus est, prohibentem se ut illis noceret hominibus. Concubina vero sua charissima, quam alii quidem Ithacam, alii vero Hirenen denominant, supplicante ne tantam impietatem perageret, ei concessit, & ex his, quæ jam egerat vel acturus erat, pœnitentiam egit. [q] Unde recte hanc diem Judæi Alexandriæ constituti, eo quod aperte à Deo salutem promeruêre, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum adversus Physconem gestum, Judæos accusare præsumpsit, cum eos laudare debuerit. Is autem etiam ultimæ Cleopatræ reginæ Alexandrinorum meminit, veluti nobis improperans, quoniam circa nos fuit ingrata: & non potius illam redarguere studuit, cui nihil omnino injustitiæ & malorum operum defuit, vel circa generis necessarios, vel circa maritos suos, qui etiam dilexerint eam, vel in communi contra Romanos omnes, & benefactores suos imperatores, quæ etiam sororem Arsinoen occidit in templo, nihil sibi nocentem. Peremit autem & fratrem insidiis: paternosque deos, & sepulchra progenitorum depopulata est. Percipiensque regnum à primo Cæsare, ejus filio & successori rebellare præsumpsit: Antoniumque corrumpens amatoriis rebus & patriæ inimicum fecit, & infidelem circa suos amicos instituit, alios quidem genere regali spolians, alios autem demens ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius [r] dicere, cum illum ipsum in navali certamine relinquens, id est maritum & parentem communium filiorum, tradere cum exercitu principatum, & se sequi coëgit? Novissime vero Alexandria à Cæsare capta, ad hoc usque perducta est, ut saltem hinc sperare se judicaret, si posset ipse manu sua Judæos perimere: eo quod circa omnes crudelis & infidelis exstaret. Putasne gloriandum nobis non esse, si quemadmodum dicit Apion, famis tempore Judæis triticum non est mensa? Sed illa quidem pœnam subiit competentem. Nos autem maximo Cæsare utimur teste auxilii atque fidei quam circa eum contra Ægyptios gessimus: necnon & senatu ejusque consultis, & epistolis Cæsaris Augusti, quibus nostra merita comprobantur. Has literas Apionem oportebat inspicere, & secundum genera examinare testimonia sub Alexandro facta, & omnibus Ptolemæis, & quæ à senatu constituta sunt, necnon & maximis Romanis imperatoribus. Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriæ frumentorum, non accusatio Judæorum. Quid enim sentiant omnes imperatores de Judæis in Alexandria commorantibus, palam est. nam administratio tritici nihilo [s] magis ab eis, quam ab aliis Alexandrinis translata est. Maximam vero eis fidem olim à regibus datam conservare voluerunt, id est, fluminis custodiam, totiusque custodiæ, nequaquam his rebus indignos esse judicantes.

Cleopatra ultima Alexandrinorum regina.

Judæi fidem eis olim à regibus datam conservant.

6. Sed super hoc: quomodo ergo, inquit, si sunt cives, eosdem deos, quos Alexandrini non colunt? Cui respondeo. Quomodo etiam, cum vos sitis Ægyptii, inter alterutros prælio magno & sine fœdere de religione contenditis? [t] aut

q Unde recte—Alexandriæ constituti,] Conf. Antt. lib. 15. c. 2. §. 2. Spanh.

r Dicere,] Ita in *MS.* prius *dici.*

s Magis] In *MS*, minus.

t Aut]

[t] aut certe propterea non vos omnes dicimus Ægyptios, & neque communiter homines, quoniam bestias adversantes naturæ [nostræ] colitis, multa diligentia nutrientes? cum genus utique nostrorum unum atque idem esse videatur. Si autem in vobis Ægyptiis tantæ differentiæ opinionum sunt, quid miraris super his, qui aliunde in Alexandriam advenerunt, si legibus à principio [v] constitutis, circa talia permansêre? Is autem seditionis [x] causas nobis apponit: [y] qui si cum veritate ob hoc accusat Judæos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quòd noscamur habere concordiam? Porro etiam seditionis autores, quilibet inveniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse cives. Donec enim Græci fuêre & Macedones hanc [z] civitatem habentes, nullam seditionem adversus nos gessêre, sed antiquis cessêre solennitatibus. Cum vero multitudo Ægyptiorum crevisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum vero genus permansit purum. Ipsi igitur molestiæ hujus fuêre principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Græcam, sed cunctis scilicet utentibus malis moribus Ægyptiorum, & antiquas inimicitias adversum nos exercentibus. E diverso namque factum est quod nobis improperare præsumunt. nam cum plurimi eorum non opportune jus ejus civitatis obtineant, peregrinos [a] vocantes eos, qui hoc privilegium ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Ægyptiis neque regum quisquam videtur jus civitatis fuisse largitus: neque nunc quilibet imperatorum. Nos autem Alexander quidem introduxit, reges autem auxêre, Romani vero semper custodire dignati sunt. Itaque derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus: cum potius debuerit admirari magnanimitatem modestiamque Romanorum, quoniam subjectos non cogunt patria jura transcendere: sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes pium atque legitimum est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate & violentia conferuntur. Græcis itaque & aliis quibusdam, bonum esse creditur imagines instituere. Denique & patrum & uxorum filiorumque figuras depingentes exsultant, quidam vero etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. alii vero & servos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem præbere videantur? Porro autem Legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam neque Deo neque hominibus utilem despiciens, & quoniam totius animati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. aliis autem honoribus post Deum colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos & imperatores & pop. Rom. dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia: & non solum quotidianis diebus ex impensa communi omnium Judæorum talia celebramus: verum cum nullas alias hostias ex communi, neque pro filiis peragamus, solis imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus, quem hominum nulli persolvimus. Hæc itaque communiter satisfactio posita sit adversus Apionem pro his, quæ de Alexandria dicta sunt.

Seditionis Alexandriæ causa.

Depulsio mendacii Apionis, Judæos seditionis Alexandriæ causam extitisse.

7. Ad-

[t] Aut] In *MS.* an.
[v] Constitutis,] In *MS.* constituti.
[x] Causas] Ita *MS.* causa in *Editis.*
[y] Qui si cum veritate—constitutos,] Conf. Antt. lib. 15. c. 2. §. 2. Spanh.
[z] Civitatem] Civilitatem in *MS.*
[a] Vocantes] Sic *MS.* vocant in *Editis.*

b Apol-

7. Admiror autem etiam eos, qui ei hujusmodi fomitem præbuêre, id est, Posidonium & [b] Apollonium Molonis: quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non colimus. mentientes autem pariter, & de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere: cum sit valde turpissimum liberis, qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, „ asini caput collocasse Ju„ dæos, & id colere, ac dignum facere tanta re„ ligione: & hoc affirmat fuisse depalatum, dum „ Antiochus Epiphanes & exspoliasset templum, „ & illud caput invenisset ex auro compositum „ multis pecuniis dignum. " Ad hoc igitur primum quidem respondeo, quoniam Ægyptius, vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, cum non sit deterior asinus furonibus & hircis & aliis, qui sunt apud eos Dii. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili suo mendacio. Legibus namque semper utimur iisdem: in quibus sine fine consistimus. Et cum varii casus nostram civitatem, sicut etiam aliorum vexaverint, & [c] Theos, ac Pompejus Magnus, ac Licinius Crassus, & ad novissimum Titus Cæsar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil hujusmodi illic invenêre: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia vero Antiochus neque justam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cum non esset hostis, & socios insuper nos suos & amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic invenit. Multi & digni conscriptores super hoc quoque testantur; Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, & [d] Castor chronographus, & Apollodorus: qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transgressum fœdera Judæorum, & spoliasse templum auro argentoque plenum. Hæc igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, & impudentiam canis, qui apud ipsos assolet coli. neque enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque asinis neque honorem neque potestatem aliquam damus, sicut Ægyptii crocodilis & aspidibus: quando eos, qui ab istis mordentur, & à crocodilis rapiuntur, felices & Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibimet imposita sustinentes. [e] Etsi ad areas accedentes comedant, aut proposita non adimpleant, multas valde plagas accipiunt, quippe operibus & ad agriculturam rebus necessariis ministrantes. Sed aut omnium rudissimus fuit Apion ad componendum verba fallacia, aut certe ex rebus initia sumens, hæc implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemia provenire.

Respondetur Posidonio & Apollonio.

Et Apioni de Asini capite.

Historicos alios appellat Josephus.

8. Alteram vero fabulam, derogatione nostra plenam de Græcis apposuit: de quo dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui præsumunt, oportet eos non ignorare minus esse immundum per templa transire, quam sacerdotibus scelesta verba confingere. Isti vero magis studêre defendere sacrilegum regem, quam justa & veracia de nostris & de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari & perfidiam ac sacrilegium ejus [f] tegere, quo circa gentem nostram est usus propter egestatem pecuniarum, detrahentes nobis etiam

Fabula de Græco in templum incluso.

[b] Apollonium Molonis:] Μόλων apud *Josephum* libro superiori. Si vero pro eodem accipit *Apollonium Molonis*, qui Μαλλωτὸς dictus est, cum *Molone* perperam confundit, quos esse distinguendos docet *Strabo* l. XIV.

[c] Theos,] Sc. *Antiochus* Θεὸς Ἐπιφανής.

[d] Castor] Conf. supr. lib. 1. §. 22. SPANH.

[e] Etsi ad areas accedentes] *Al.* Et licet ad arcas acc. HUDS. Leg. forte, *Et, si ad aras* &c. i. e. si velint rapere inde aliquid ex frugum primitiis &c. Tantum abest, inquit, ut aras illis ponamus, & divino honore eos dignemur. HAV.

[f] Tegere,] *Al.* tegere.

etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Propheta vero aliorum factus est Apion, & dixit „ Antiochum in templo invenisse lectum & hominem in eo jacentem, & appositam ei mensulam maritimis terrenisque volatilium dapibus „ plenam, & quod obstupuisset his homo. Illum vero mox adorasse regis ingressum, tanquam [g] maximam sibi opem præbituri: ac „ procidentem ad ejus genua, extensa dextera poposcisse libertatem; & jubente rege ut consideret, & diceret quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quæ esset causa ciborum ejus, tunc „ hominem cum gemitu & lacrymis lamentabiliter „ suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse „ se Græcum: & dum peragraret provinciam parandi victus causa, correptum se subito ab alienigenis hominibus, atque deductum ad templum, & inclusum illic, & à nullo conspici, „ sed cuncta dapium apparatione saginari. Et „ primum quidem hæc sibi inopinabilia beneficia „ visa attulisse lætitiam; deinde suspicionem, „ postea stuporem: postremum consulentem à „ ministris ad se accedentibus audisse legem ineffabilem Judæorum, pro qua nutriebatur: & „ hoc illos facere singulis annis quodam tempore „ constituto. Et comprehendere quidem Græcum peregrinum, eumque annuo tempore saginare, & deductum ad quandam sylvam occidere quidem eum hominem, ejusque corpus „ sacrificare secundum suas solennitates, & gustare ex ejus visceribus, & jusjurandum facere „ in immolatione Græci, ut inimicitias contra „ Græcos haberent: & tunc in quandam foveam „ reliqua hominis pereuntis abjicere." Deinde „ refert eum dixisse, paucos jam dies debitos sibimet superesse; atque rogasse, ut reveritus „ Græcorum deos, & superans in suo sanguine „ insidias Judæorum, de malis eum circumstantibus deliberaret." Hujusmodi ergo fabula non tantum omni tragœdia plenissima est, sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen à sacrilegio privat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui hæc ad illius gratiam conscripsêre. Non enim præsumpsit aliquid tale, ut ad templum accederet: sed sic invenit non sperans. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius, & nihilominus sine Deo, quicquid jussit mendacii superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere valde facillimum est. Non enim circa solos Græcos discordia legum esse dignoscitur, sed maxime adversus Ægyptios & plurimos alios. Cujus enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari? ut adversus solos Græcos renovata conjuratione per effusionem sanguinis ageremus: vel quomodo possibile, ut ad has hostias omnes Judæi colligerentur, & tantis millibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inventum hominem quicunque fuit (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, & Græcorum amator eximius, assumere vero contra Judæorum odium auxilia magna cunctorum. Sed hæc relinquo: insensatos enim, non verbis, sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui vidêre constructionem templi nostri, qualis fuerit, & intransgressibilem ejus purificationis integritatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, & harum singulæ propriam secundum legem habuêre custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus etiam alienis: mulieres tantummodo menstruatæ transire prohibebantur. In secundam vero porticum cun-

Templi ac porticuum descriptio.

cti

g Maximam sibi opem præbituri:] *Al.* maximum ei solatium pr.

a Κάν-

cti Judæi ingrediebantur, eorumque conjuges cum essent ab omni pollutione mundæ. In tertiam, masculi Judæorum mundi existentes atque purificati. In quartam autem sacerdotes, stolis induti sacerdotalibus. In adytum vero soli principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tanta vero est circa omnia providentia pietatis, ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane * etiam aperto templo oportebat facientes traditas hostias interiore: & meridie rursus, dum clauderetur templum. Denique ne vas quidem aliquod portari licet in templum, sed erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, quæ omnia in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neque mysteriorum aliquorum ineffabilium agitur, neque intus ulla epulatio administratur. Hæc enim quæ prædicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationemque gestorum. Licet enim sint tribus quatuor sacerdotum, & harum tribuum singulæ habeant hominum plus quam quinque millia, fit tamen observatio particulariter per dies certos: & his transactis, alii succedentes ad sacrificia veniunt: & congregati in templum † mediante die à præcedentibus claves templi, & ad numerum vasa omnia percipiunt, nulla re quæ ad cibum aut potum attineat in templum delata. Talia namque etiam ad altaria offerre prohibitum est, præter illa quæ ad sacrificia præparantur.

De sacerdotibus Judæorum.

8. Quid ergo Apionem dicimus, nisi, nihil horum examinantem, verba ‡ incredula protulisse? Sed turpe est, historiæ veram notitiam si proferre grammaticus non possit. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem prætermisit. Hominis autem Græci comprehensionem finxit, pabulum ineffabile, & ciborum opulentissimam claritatem: & †† pravos ingredientes, ubi nec nobilissimos Judæorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hæc ergo pessima est impietas, atque mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discutere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, quæ prædicta sunt, nobis detrahere tentavêre.

9. Rursumque tanquam piissimus deridet, adjiciens fabulæ inania facta. Ait enim illum retulisse, „ dum bellum Judæi contra Idumæos ha-
„ berent longo quodam tempore, ex aliqua civi-
„ tate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat
„ venisse ad Judæos, cujus hominis nomen dici-
„ tur Zabidus; deinde eis promisisse traditurum
„ se eis Apollinem Deum Dorensium: venturum-
„ que illum ad nostrum templum, si omnes ascen-
„ derent, & adducerent omnem multitudinem
„ Judæorum. Zabidum vero fecisse quoddam
„ machinamentum ligneum, & circumposuisse
„ sibi, & in eo tres ordines finxisse lucernarum,
„ & ita ambulasse, ut procul stantibus appareret,
„ quasi stella per terram iter agens. Judæos qui-
„ dem, inexspectata visione obstupefactos, cum
„ procul quidem abessent, quiescere: Zabidum
„ vero multa quiete ad templum venisse, & aureum
„ detraxisse cantherii caput (ita enim scripsit, fa-
„ cetus videri volens) & rursus Doram velociter se
„ contulisse." Igitur & nos dicere possumus, quod asinum, hoc est semetipsum, gravat Apion, facitque stultitia simul & mendaciis oneratum. nam & loca ponit, quæ nusquam terrarum exstant, & civitates

De Zabido Idumæo.

ἡ πορείαν
„ πανημέρων. τὸν μὲν Ἰουδαίους ὑπὸ τῶν πολεμούντων τῶν ἀμφὶ τὸν
„ Ἰουδαῖον καταπεπληγμένους, πόρρω μὲν ὄντας ἡσυχίαν ἄγειν·
„ τὸν δὲ Ζάβιδον ὅτι πολλῆς ἡσυχίας εἰς τὸν ναὸν παρ-
„ ελθεῖν, καὶ τὴν χρυσῆν ἀποσῦραι τοῦ [a] κάνθωνος κεφα-
„ λὴν, οὕτω γὰρ ἀστεϊζόμενος γέγραφεν, καὶ πάλιν εἰς
„ [b] Δώραν κατὰ τάχος ἀπελθεῖν." ἆρ' οὖν καὶ ἡμεῖς ἂν
εἴποιμεν, ὅτι τὸν κάνθωνα τοῦτόν ἐστιν ἑαυτὸν Ἀπίων ὀπι-
φορτίζει, καὶ ποιεῖ τὸν μωρολογίας ἅμα καὶ τῶν ψευσμάτων
κατάγομον. καὶ γὰρ τόπους οὐκ ὄντας γράφει, καὶ πόλεις

[a] Κάνθωνος] Ita hic loci & mox infra rescripsi pro ἀκανθῶνος. De origine fabulæ vide *Baron.* Tom. 1. p. 306. *Fullerum* in l. 2. *Miscell.* p. 322. *Bochartum* in *Hieroz.* l. 2. c. 18. & *T. Fabrum* in *Epistolis.* 1. Huds. *Gen.* ἀκανθῶνος, vel κανθῶνος, quomodo Asinus dicitur apud *Aristoph. Vesp.* p. 441. & *Lycophr.* p. 129. Spanh.

[b] Δώραν] Conf. mox infra. Spanh.

* Etiam] *Al.* etenim.
† Mediante] *Forf.* meridiante.
‡ Incredula] *Forf.* incredibilia.
†† Pravos] Ita ex *MS.* antea erat *pervios ingr.*

tes earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni nostræ confinis est, posita juxta Gazam, & nulla in ea est urbs Dora: in Phœnicia verò juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis. quatuor enim dierum itinere distat à Judæa. Cur itaque nos præterea accusat, quod non habeamus communes cum aliis Deos, si sic facile credidere patres nostri ad se venturum Apollinem, & cum stellis super terram eum ambulantem intueri putaverunt? Scilicet enim manifestum quod lucernam nunquam prius conspexerunt, qui tot & tanta lucernarum accensionis festa celebrarunt. Sed nec aliquis ei per regionem ambulanti è tot myriadibus obviam ivit: quin & muros sine custodibus invenit bello conflato. Cætera prætereo. Januæ autem templi altitudine quidem erant * cubitorum VII, latitudine vero XX, omnes etiam deauratæ, & fere ex auro solido. Has singulis diebus claudebant viri non minus quam viginti, easque apertas relinquere nefas erat. Facile igitur illas lucernifer iste aperuit, aut si aperuisse creditur etiam cantherii, id quod putabatur, caput habens. Utrum igitur cum hoc capite ad nos reversus est, aut illud cum sumpsisset Apion *in templum* introduxit, ut Antiochus inveniret, quo alteram Apioni fabulam narrandi occasionem suppeditaret.

Januæ templi.

Mendacii de juramento depulsio.

10. Mentitur autem & de juramento nostro, „ quod *scilicet* juremus per Deum, & cœli & terræ „ & maris creatorem, nemini fauturos alienigenæ, „ præcipue si Græci fuerint." Oportebat autem mentientem plane dicere, nemini fauturos alienigenæ, præcipue si fuerint Ægyptii. Ita enim primis ejus figmentis congruissent ista de juramento, si à cognatis Ægyptiis patres nostri non propter improbitatem sed ob calamitates expulsi fuissent. A Græcis autem magis locis quam studiis disjuncti sumus, ita ut nullæ inter nos & illos inimicitiæ intercedant aut obtrectationes. Veruntamen è contra multos eorum ad nostras leges accessisse contigit: & nonnulli quidem istis institutis adhæserunt, alii vero, in illis perseverare non ferentes, iterum recesserunt. Et hoc jusjurandum nunquam se quisquam audisse meminit apud nos habitum; sed solus Apion (ut videtur) audivit: is enim ille erat qui id confinxit.

Obviam it alteri calumniæ de servitute Judæorum.

11. Vehementer igitur in Apione admiranda est eximia prudentia, etiam ob hoc quod mox dicetur. „ Nam indicio esse, affirmat, quod „ neque legibus justis utamur, neque Deum „ convenienter ejus naturæ colamus, eo quod „ non imperemus, sed diversis potius gentibus „ serviamus, & in ipsa civitate calamitates quasdam perferamus, utique cum ipsi ex urbe prima„ria à multis retro sæculis imperare & non Roma„ nis servire consueverint: † quanquam & nemo „ fere non expertus est horum egregiam magnani„ mitatem." Nullus etenim aliorum est qui non

οὐκ εἰδὼς μεθατίθησιν. ἡ μὲν γὰρ Ἰδουμαία τῆς ἡμετέρας χώρας ἐστὶν ὅμορος, κατὰ Γάζαν κειμένη, καὶ Δώρα ταύτης ἐστὶν εὐδαίμων πόλις· τῆς μέντοι Φοινίκης πρὸς τὸ Καρμήλιον ὄρος [c] Δώρα πόλις ὀνομάζεται, μηδὲν ὑπακοινωνοῦσα τοῖς Ἀπίωνος φλυαρήμασι. τεσσάρων γὰρ ἡμερῶν ὁδὸν τῆς Ἰουδαίας ἀφέστηκεν. τί δ' ἡμῖν ἔτι κατηγορεῖ τὸ μὴ κοινοὺς ἔχειν τοῖς ἄλλοις θεοὺς, εἰ ῥᾳδίως οὕτως ἐπείσθησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἥξειν τὸν Ἀπόλλωνα πρὸς αὐτοὺς, καὶ μετὰ τῶν ἄστρων ὑπὲρ τῆς γῆς φανήσεσθαι ὁρᾶν αὐτὸν περιπατοῦντα; λύχνον γὰρ οὐδέπω δῆλον ὅτι πρόσθεν ἑωράκασιν, οἱ τὰς τοσαύτας καὶ τηλικαύτας [e] λυχνοκαΐας ὑπιτελοῦντες. ἀλλ' οὐδέ τις αὐτῷ βαδίζοντι κατὰ τὴν χώραν τῶν τοσούτων μυριάδων ὑπήντησεν· ἔρημα δὲ καὶ τὰ τείχη φυλάκων εὗρε πολέμου συνεστηκότος. ἐῶ τἄλλα. τοῦ ναοῦ δ' αἱ θύραι τὸ μὲν ὕψος ἦσαν ἐπὶ πηχῶν, εἴκοσι δὲ τὸ πλάτος. καὶ ἄχρυσοι δὲ πᾶσαι καὶ μικροῦ δεῖν σφυρήλατοι. [f] ταύτας ἔκλειον οὐκ ἐλάττους ὄντες ἄνδρες [g] διακόσιοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τὸ καταλιπεῖν ἠνεῳγμένας ἦν ἀθέμιτον, ῥᾳδίως δὴ αὐτὰς ὁ λυχνοφόρος ἐκεῖνος ἠνέῳξεν [h] ἂν ἀνοίξειν οἰόμενος, καὶ τὸν κάνθαρον ὡς ὤετο κεφαλὴν ἔχων. πότερον δὴ αὐτὴν πάλιν ὡς ἡμᾶς ἀνέστρεψεν, ἢ λαβὼν Ἀπίων αὐτὴν εἰσεκόμισεν, ἵν' Ἀντίοχος εὕρῃ πρὸς δευτέραν Ἀπίωνι μυθολογίαν.

ι'. Καταψεύδεται δὲ καὶ ὅρκον ἡμῶν, „ὡς ὀμνύντων τὸν „ Θεὸν, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸν θά„ λασσαν, μηδενὶ εὐνοήσειν ἀλλοφύλῳ, μάλιστα δὲ Ἕλλησιν." ἔδει δὲ καταψευδόμενον ἅπαξ εἰπεῖν, μηδενὶ εὐνοήσειν ἀλλοφύλῳ, μάλιστα δ' Αἰγυπτίοις. οὕτω γὰρ ἂν τοῖς ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ πλάσμασιν ἥρμοττε τὰ περὶ τοῦ ὅρκου, εἴπερ ἦσαν ὑπὸ Αἰγυπτίων τῶν συγγενῶν οἱ πατέρες ἡμῶν, οὐχὶ διὰ πονηρίαν, ἀλλ' ὑπὸ συμφορᾶς ἐξεληλαμένοι. τῶν Ἑλλήνων δὲ πλέον τοῖς τόποις ἢ τοῖς ὑπομνήμασιν ἀφεστήκαμεν, ὥς τε μηδεμίαν ἡμῖν εἶναι πρὸς αὐτοὺς ἔχθραν μηδὲ ζηλοτυπίαν. τοὐναντίον μέν τοι πολλοὶ παρ' αὐτοῖς εἰς τοὺς ἡμετέρους νόμους συνέβησαν εἰσελθεῖν, καὶ τινὲς μὲν [k] ἔμειναν, εἰσὶ δ' οἱ, τὴν καρτερίαν οὐχ ὑπομείναντες, πάλιν ἀπέστησαν. καὶ τοῦτον οὐδεὶς πώποτε τὸν ὅρκον εἶπεν ἀκοῦσαι παρ' ἡμῖν [l] ὠμοσμένον, ἀλλὰ [m] μόνος Ἀπίων ὡς ἔοικεν ἤκουσεν· αὐτὸς γὰρ ὁ συνθεὶς αὐτὸν ἦν.

ια'. Σφόδρα τοίνυν τῆς πολλῆς [n] συνέσεως, καὶ ὑπὲρ τῷ μέλλοντι ῥηθήσεσθαι θαυμάζειν ἄξιόν ἐστιν Ἀπίωνα. „ τεκμήριον γάρ εἶναι, φησὶ, τοῦ μήτε νόμοις ἡμᾶς χρῆ„ σθαι δικαίοις, μήτε τὸν Θεὸν εὐσεβεῖν ὡς προσῆκε, [o] τὸ „ μὴ ἄρχειν, δουλεύειν δὲ μᾶλλον ἔθνεσι καὶ ἄλλοτε ἄλ„ λοις, καὶ τὸ κεχρῆσθαι συμφοραῖς τισι περὶ τὴν πόλιν, „ [p] αὐτοῦ δηλονότι πόλεως ἡγεμονικωτάτης ἐκ τοῦ „ ἄνωθεν ἄρχειν, ἀλλὰ μὴ Ῥωμαίοις δουλεύειν συνηθισ„ μένων· καὶ τοι τούτων ἄν τις ἀπέχοιτο τοιαύτης με„ γαλοψυχίας." τοῦ μὲν γὰρ ἄλλων οὐκ ἔστιν ὅς τις ἀνθρώ-

c Δώρα πόλις ὀνομάζεται,] *Dora*, quatuor dierum spatio ab Idumæa distita. vid. ἀρχ. lib. 13. c. 6. §. 4. & ἀλωσ. l. 1. c. 2. §. 2. SPANH.

d Ἰουδαίας ἀφέστηκεν.] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* antea Ἰδουμαίας.

e Λυχνοκαΐας] Conf. Antt. l. 12. c. 7. §. 7. SPANH.

f Ταύτας ἔκλειον οὐκ ἐλάττους ὄντες ἄνδρες] Confer. de Porta Orientali Templi ænea supr. ἀλωσ. l. 6. c. 5. §. 3. SPANH.

g Διακόσιοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν,] Legendum certe εἴκοσι. Vide lib. 7. *de Bello*, cap. 5. §. 3. paul. ant. med. ut & *Villalpandum* in *Ezechielem*, l. 3. fol. 576.

h Αν ἀνοίξειν οἰόμενος,] Ἠνέωξεν ἢ κἂν ἀνοίξειν οἰόμενος malit Cl. *Lowthius*. Verbum ἠνέωξεν omittunt *Codd. MSS.*

i Καταψευδεται δὲ καὶ ὅρκον ἡμῶν,] Καταψευσασθαί τινα in *MSS.*

k Εμειναν,] Ενέμειναν in *MSS.*

l Ωμοσμένον,] Ομωσμένον *Big.*

m Μόνος] μόνον *Hafn.*

n Συνέσεως,] Συνθέσεως in *MSS.*

o Τὸ μὴ ἄρχειν,] Illa τὸ μὴ ἄρχειν omittunt aliquot *MSS.* (ut & *Hafn.*) & *Vet. Interpr.*

p Αὐτοῦ δηλονότι πόλεως——συνηθισμένων] Αὐτοῦ δῆλον ὅτι πόλεως ἡγεμονικωτάτης Ῥωμαίοις ἐκ τοῦ ἄνωθεν ἄρχειν, ἀλλὰ μὴ δουλεύειν συνηθισμένων in *Codd. Big.* & *Hafn.* Quomodo legerit. *Vet. Interpr.* aliis conjiciendum relinquo ex hisce verbis: *Cum utique principalis civitas Romanorum sit, cujus cives soli ab initio regnare atque non servire consueverunt.*

* Cubitorum VII.] *Gelen.* VII. Discrepant hæc cum altitudine & latitudine forium lib. de Bello VI. cap. v. §. 4. ubi dicuntur altæ fuisse cub. LXX. & latæ cub. XXV. ut videtur auctori *Antt. Jud.* Sed nodi hujus solutionem vide in meo examine Architecturæ Villalpandicæ p. 681. Cocc.

† Quis etenim horum magnanimitati valeat obsistere? Nullus etenim aliorum potest dicere sermonem quem Apion loquutus est; quando paucis contigit in principatu continue præsidere, & non rursus aliis facta mutatione servire &c. *in Vet. Interpr.*

ἀνθρώπων οὐχ [q] ἱκανῶς καθ' αὑτοῦ φαίη τοῦτον ὑπ' Απίων λελέχθαι τὸν λόγον. ὀλίγοις μὲν γὰρ ὑπῆρξεν ἐφ' ἡγεμονίας ἅμα καιροπλίας γενέσθαι, καὶ τούτοις αἱ μεταβολαὶ πάλιν ἄλλοις δουλεύειν ὑπέζευξαν. τὸ πολεῖτον δὲ φῦλον ἄλλων ὑπακήκοεν πολλάκις. Αἰγύπτιοι δ' ἄρα μόνοι ἅμα τὸ καταφυγεῖν, ὡς [r] φασὶν, εἰς τὴν χώραν αὐτῶν τοὺς θεοὺς, καὶ σωθῆναι μεταβαλόντας εἰς μορφὰς θηρίων, ἐξαίρετον γέρας εὑρόντο τὸ μηδενὶ δουλεύειν τῶν τὴν Ασίας ἢ τὴν Εὐρώπης κρατησάντων· οἱ μίαν ἡμέραν ὅπου παντὸς αἰῶνος ἐλευθερίας οὐ τυχόντες [s] φαίνονται, [v] ἀλλ' οὐδὲ πολλὰ τὴν οἰκοδεσποτῶν. ὧν τινα μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐχρήσαντο Πέρσαι τρόπον, οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις πορθοῦντες τὰς πόλεις, ἱερὰ κατασκάπτοντες, τοὺς παρ' αὐτοῖς νομιζομένους θεοὺς κατασφάζοντες, οὐκ ἂν ὀνειδίσαιμι. μιμεῖσθαι γὰρ οὐ προσῆκε [x] τὴν Απίωνος ἀπαιδευσίαν, ὃς οὔτε τὰς Αθηναίων τύχας, οὔτε τὰς Λακεδαιμονίων ἐνόησεν, ὧν τοὺς μὲν [y] ἀνδρειοτάτους, τοὺς δὲ εὐσεβεστάτους τῶν Ελλήνων ἅπαντες λέγουσιν. ἐῶ βασιλέας τοὺς ἐπ' εὐσεβείᾳ κλαυσθέντας, ὧν ἕνα Κροῖσον, οἵαις [z] ἐχρήσατο συμφοραῖς βίου. ἐῶ τὴν καταπρησθεῖσαν Αθηναίων ἀκρόπολιν, τὸν ἐν Εφέσῳ ναὸν, τὸν ἐν Δελφοῖς, ἄλλους μυρίους, καὶ οὐδεὶς ὠνείδισε ταῦτα τοῖς παθοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς δράσασι. καινὸς δὴ κατήγορος ἡμῶν Απίων εὑρέθη, τῶν ἰδίων αὐτοῦ κακῶν ἐπιλαθόμενος. ἀλλὰ Σέσωστρις αὐτὸν ὁ μυθευόμενος Αἰγύπτου βασιλεὺς ἐτύφλωσεν. ἡμεῖς δὲ τοὺς ἡμετέρους οὐκ ἂν εἴποιμεν βασιλέας, Δαυίδην καὶ Σολομῶνα, πολλὰ [a] κεκρατηκότας ἔθνη τούτους μὴν οὐ παραλείπομεν. τὰ δὲ γνώριμα πᾶσιν Απίων ἠγνόησεν. ὅτι Περσῶν καὶ [b] μετ' ἐκείνους ἡγουμένων, τῆς Ασίας Μακεδόνων, Αἰγύπτιοι μὲν ἐδούλευον ἀνδραπόδων οὐδὲν διαφέροντες. ἡμεῖς δὲ ὄντες ἐλεύθεροι προσέτι καὶ τῶν περὶ πόλεων ἤρχομεν, ἔτη σχεδὸν εἴκοσι που καὶ ἑκατὸν, μέχρι Μάγνου Πομπηΐου. καὶ πάντων ἐκπολεμηθέντων πρὸς Ρωμαίων τῶν πανταχοῦ βασιλέων, μόνοι διὰ πίστιν οἱ παρ' ἡμῖν σύμμαχοι καὶ φίλοι διεφυλάχθησαν.

ιβ'. „ Αλλὰ θαυμαστοὺς ἄνδρας οὐ παρεσχήκαμεν, „ οἷον τεχνῶν τινων εὑρετὰς, ἢ σοφίᾳ διαφέροντας. καὶ καταριθμεῖ Σωκράτει, καὶ Ζήνωνα, καὶ Κλεάνθην, καὶ τοιούτους τινάς. εἶτα τὸ θαυμασιώτατον τῶν εἰρημένων αὐτὸς ἑαυτὸν προτίθησι, καὶ μακαρίζει τὴν Αλεξάνδρειαν, ὅτι τοιοῦτον ἔχει πολίτην. ἔδοξε γὰρ αὐτῷ μάρτυρος ἑαυτοῦ. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν [c] ὀχλαγωγὸς ἐδόκει πονηρὸς εἶναι, καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ διεφθαρμένος· ὥστε εἰκότως ἐλέησαι τὶς ἂν τὴν Αλεξάνδρειαν, εἰ ἐπὶ τούτῳ μέγα ἐφρόνει. πρὸς δὲ τοὺς παρ' ἡμῖν ἀνδρῶν γεγονότων, οὐδενὸς ἧττον ἐπαίνου τυγχάνειν ἀξίων, ἴσασιν οἱ ταῖς ἡμετέραις ἀρχαιολογίαις ἐντυγχάνοντες.

ιγ'. Τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐν τῇ κατηγορίᾳ γεγραμμένων, ἄξιον ἦν ἴσως ἀναπολόγητα παραλιπεῖν, ἢ αὐτὸς αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων ἢ ὁ κατήγορος. ἐγκαλεῖ γὰρ ὅτι ζῶα θύομεν, καὶ χοῖρον οὐκ ἐσθίομεν, καὶ τὴν τῶν αἰδοίων κλευάζει περιτομήν. τὸ μὲν οὖν περὶ τῶν [d] ἡμέρων ζώων ἀναιρέσεως

affirmet, istiusmodi verborum abunde contra seipsum fecisse Apionem. Paucis etenim contigit in principatu continue præsidere, & non rursus aliis facta mutatione servire. Plurimæ namque gentes aliæ sæpe *aliis* obedire coactæ sunt. Ægyptii autem soli, eo quod se receperint (sicut ajunt) in eorum regionem Dii, & salutem consequuti fuerint assumendo bestiarum formas, eximiam gratiam invenerunt ut eorum nemini servirent, qui Asiam Europamve tenuere: qui *scilicet* per unam diem ex omni ævo non habuere libertatem, ne quidem apud dominos indigenas. Nam quemadmodum eis usi sunt Persæ, non semel solummodo, sed frequenter urbes eorum vastantes, sacra evertentes, & quos Deos esse crediderunt interficientes, *illis* exprobrare non studeo. Haud enim convenit, ut nos indoctam Apionis stultitiam imitaremur, qui neque de casibus Atheniensium neque Lacedæmoniorum cogitavit; quorum hos quidem fortissimos, illos vero Græcorum religiosissimos esse omnes affirmant. Taceo reges ob pietatem omnium sermone celebratos, interque eos Cræsum, in quas vitæ calamitates incidit. Taceo incensam Atheniensium arcem, templum Ephesinum & Delphicum, aliaque multa, quibus nemo calamitatem passis sed *potius* inferentibus *casus* exprobravit. Novus autem nostrorum accusator inventus est Apion, malorum suorum, quæ in Ægypto ei acciderant, prorsus oblitus. Sed Sesostris illum excœcavit, Ægypti rex, cujus res * fabulis sunt asperſæ. Non est autem ut reges nostros nos memoremus, Davidem & Solomonem, qui multas subegerunt gentes. Et hos quidem missos faciamus. Quæ vero cunctis nota sunt ignoravit Apion; quod Persis, & post illos Asiæ dominantibus Macedonibus, Ægyptii quidem iis serviebant, à mancipiis nihil differentes. Nos autem liberi existentes etiam civitatum finitimarum dominatum & principatum tenuimus, annis centum & viginti usque ad Pompeium magnum. Et cum omnes à Romanis rerum ubique dominis expugnati fuissent, soli majores nostri propter fidem *suam* socii & amici conservati sunt.

Ægyptiorum servitus.

12. „ Sed viros admirabiles non tulimus, vel„ uti artium quarundam inventores, aut sapien„ tia præcellentes. " Atque inter hos enumerat Socratem, & Zenonem, & Cleanthem, aliosque hujusmodi. Deinde, quod ex dictis maxime mirandum, *illis* semetipsum adjicit, & Alexandriam beatam prædicat, quæ civem habuerit tali ingenio præditum. Oportebat enim ipsum de se testimonium dare. Nam aliis quidem circulator esse videbatur improbus, & vita & sermone pravus: adeo ut merito quis Alexandriam miseretur, si super isto sese efferat. De viris autem qui fuere apud nos, non minus quam alii quicunque laude digni, probe sciunt qui in nostris versati sunt Originum libris.

Apionis vanitas.

13. Reliqua autem eorum quæ complectitur accusatio, mercantur forsan ut prætereamus tanquam responso indigna, ita ut ipse sui & aliorum Ægyptiorum accusator habeatur. Nam vitio nobis vertit, quod animalia pro victimis mactemus, & non vescamur carne suilla; & pudendorum circumcisionem irridet. Sane quod attinet ad mansuetorum animalium

q Ἱκανῶς] ἱκανὸς *Hafn.*
r Φασὶν,] Sic cum *Vet. Interpr.* antea φησίν.
s Δουλεύειν] δουλοῦσαι *Hafn.*
t Φαίνονται] Φαινοῖαι non agnoscunt *MSS.*
v Ἀλλ' οὐδὲ] Pascit τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τῶν οἰκοδεσποτῶν legisse videtur *Vet. Interpr.* qui habet, *neque apud dominos, neque apud externos.*
x Τὴν Απίωνος ἀπαιδευσίαν,] Ita ex *MSS.* pro καὶ quod obtinuit in *Editis.*
y Ἀνδρειοτάτους,] εἶναι addit *Hafn.*
z Ἐχρήσατο συμφοραῖς βίου.] Prius erat ἐχρήσαντο.
a Κεκρατηκότας ἔθνη.] Ita ex *MS.* & *Vet. Interpr.* πεπρωσαμένους in *Editis.*
b Μετ' ἐκείνους ἡγουμένων] Sic *MSS.* antea erat μετ' ἐκείνων.
c Οχλαγωγὸς] Conf. supr. §. 1. SPANH.
d Ἡμέρων ζώων ἀναιρέσεως,] Ἡμιτέραν in *Cod. Big.* & *Hafn.*

* *Vel*, immodice celebratæ. nam μυθεύομεν hîc loci non notat confictum plane regem, sed cujus res gestæ in vanum & falsum sunt detortæ.

lium mactationem; id nobis cum aliis hominibus universis commune est. Apion autem, nos sacra facientes redarguens, indicat semetipsum genere esse Ægyptium. Non enim si Græcus fuisset aut Macedo, hoc ægre tulisset. Isti enim vovent Hecatombas diis sacrificare, & victimas epulis apponunt. & non idcirco contigit mundum in penuria esse pecorum, quod veritus est Apion. Veruntamen si Ægyptiorum moribus omnes semet addicerent, mundus destitutus quidem esset ab hominibus, ferocissimis autem bestiis abundaret, quas pro diis isti habentes cum cura studioque nutriunt. Quod si quis eum interrogaret, quos putaret omnium Ægyptiorum esse sapientissimos & *maxime* religiosos, illos proculdubio sacerdotes esse agnosceret. Hæc enim duo dicunt sibimet ab initio à regibus esse præcepta, ut deos colant & sapientiam diligant: illi igitur & circumciduntur omnes, & à porcinis abstinent carnibus. Sed neque ullus alter Ægyptiorum cum eis sacra diis facere dignoscitur. Mentem igitur occœcatam habuit Apion, qui Ægyptiorum gratia nos data opera conviciis insectatur, illosque accusat, qui non solum utuntur iisdem, quos in nobis reprehendit, moribus, sed etiam alios circumcidi docent, sicuti dixit Herodotus. Unde jure mihi videtur Apion ob maledicta in patriæ suæ leges pœnas dedisse quas commeruit. Nam ex necessitate circumcisus erat, utpote ulceratus circa pudenda: & cum nihil ei profuerit circumcisio, sed putresceret, magnis doloribus exspiravit. Oportet enim bene ac sapienter institutos legibus propriis circa pietatem adhærere, & aliorum minime carpere. At iste suas quidem deseruit, de nostris vero mentitus est. Atque ita quidem vitam finivit Apion, & hîc etiam *de eo* nobis finem dicendi facere par sit.

Sacerdotes Ægyptii.

Apionis mors ex morbo circa pudenda.

Finis eorum quæ dicta sunt contra Apionem.

14. Quoniam vero & Apollonius Molonis, & Lysimachus, & alii quidem nonnulli, partim quidem per ignorantiam, maxima vero ex parte per malevolentiam de legislatore nostro Moyse & legibus *ejus* verba fecerunt, nec justa nec vera, hunc quidem ut præstigiatorem & deceptorem calumniantes, leges autem malitiæ apud nos, nulliusque virtutis magistras esse affirmantes, volo breviter & de omni reip. nostræ constitutione, & de qualibet re singillatim (sicuti potero) sermonem proferre. Puto enim evidens fore, quod ad pietatem & societatem inter homines servandam, & ad omnia humanitatis officia tuenda, prætereaque ad justitiam, & tolerantiam laborum, mortisque contemptum, optime factas habeamus leges. Rogo tamen eos qui in ista inciderint, ut non cum invidia lectionem adhibeant. Non enim proposui nosmetipsos laudibus prosequi; sed defensionem esse justissimam puto, ductam à legibus juxta quas adhuc vivimus, adversus eos, qui multa nobis eaque falsa objecerunt. præsertim cum Apollonius accusationem non continue sicut Apion instituit, sed sparsim & hinc inde per totam orationem. quippe qui aliquando quidem nobis tanquam atheis & hominum osoribus conviciatur, aliquando vero iterum formidinem nobis exprobrat: & è diverso rursus aliquando temerariæ audaciæ & amentiæ nos insimulat. Quin & nos è barbaris maxime omnium ineptos esse dicit: & propterea nos solos nihil ad vitæ emolumentum utile contulisse. Hæc autem omnia manifeste redargui posse existimo, si universa contra quam ab eo sunt dicta

Apollonii Molonis refutatio.

σεως, κοινόν ἐστι καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἅπαντας. Ἀπίων δὲ τοῖς θύουσιν ἐγκαλῶν, αὐτὸν ἐξήλεγξεν ὄντα τὸ γένος Αἰγύπτιον. οὐ γὰρ ἂν Ἕλλην ὢν ἢ Μακεδὼν ἐχαλέπαινεν. οὗτοι γὰρ εὐχὴν θύειν ἐκαλόμβας τοῖς θεοῖς, καὶ χρῶνται τοῖς ἱερείοις πρὸς εὐωχίαν. καὶ οὐ διὰ τοῦτο συμβέβηκεν ἐρημοῦσθαι τὸν κόσμον τῶν βοσκημάτων, ὅπερ Ἀπίων ἔδεισεν. εἰ μὴτοι τοῖς Αἰγυπτίων ἔθεσιν ἠκολούθουν ἅπαντες, ἠρήμωτο μὲν ἂν ὁ κόσμος τῶν ἀνθρώπων· τῶν ἀγριωτάτων δὲ θηρίων ἐπληθύνθη, ἃ θεοὺς οὗτοι νομίζοντες ἐπιμελῶς ἐκτρέφουσι. καὶ μὴν εἴτις αὐτὸν ἤρετο, τῶν πάντων Αἰγυπτίων τίνας εἶναι καὶ σοφωτάτους καὶ θεοσεβεῖς νομίζοι, πάντως ἂν ὡμολόγησε τοὺς ἱερεῖς. δύο γὰρ αὐτοὺς φασὶν ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐξ ἀρχῆς ταῦτα προσειλάχθαι, τήν τε τῶν θεῶν θεραπείαν, καὶ τὴν σοφίας τε ἐπιμέλειαν· ἐκεῖνοι τοίνυν ἅπαντες καὶ περιτέμνονται, καὶ χοιρείων ἀπέχονται βρωμάτων. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων οὐδεὶς συνθύει τοῖς θεοῖς. ἆρ' οὖν τυφλὸς ἦν τὴν νῦν Ἀπίων ὑπὲρ Αἰγυπτίων ἡμᾶς λοιδορεῖν συνθέμενος, ἐκείνων δὲ καταγορῶν, οἵγε μὴ μόνον χρῶνται τοῖς ὑπὸ τούτου λοιδορουμένοις ἔθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἐδίδαξαν περιτέμνεσθαι, καθάπερ εἴρηκεν [f] Ἡρόδοτος, ὅθεν εἰκότως μοι δοκεῖ δὴ εἰς τοὺς πατρίους αὐτοῦ νόμους βλασφημίας δοῦναι δίκας Ἀπίων τὴν πρέπουσαν. περιεμήθη γὰρ ἐξ ἀνάγκης, ἑλκώσεως αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γενομένης· καὶ μηδὲν ὠφεληθεὶς ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ σηπόμενος σὺν δειναῖς ὀδύναις ἀπέθανεν. δεῖ γὰρ τοὺς εὐφρονοῦντας τοῖς οἰκείοις νόμοις περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκριβῶς ἐμμένειν, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων μὴ λοιδορεῖν. ὁ δὲ τούτους μὲν ἔφυγε, τῶν ἡμετέρων δὲ καταψεύσατο. τοῦτο μὲν Ἀπίωνι τοῦ βίου τὸ τέλος ἐγένετο, καὶ τοῦτο παρ' ἡμῖν σὺν ταῦθα τὸ πέρας ἔστω τοῦ λόγου.

ιδ'. Ἐπειδὴ καὶ [g] Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων, καὶ Λυσίμαχος, καί τινες ἄλλοι τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ κατὰ δυσμένειαν, περί τε τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωϋσέως, καὶ περὶ τῶν νόμων πεποίηνται λόγους, οὔτε δικαίους οὔτε ἀληθεῖς, τὸν μὲν ὡς γόητα καὶ ἀπατεῶνα παραβάλλοντες, τοὺς νόμους δὲ κακίας ἡμῖν καὶ ἀδεμιᾶς ἀρετῆς φάσκοντες εἶναι διδασκάλους, βούλομαι συντόμως καὶ περὶ ὅλης ἡμῶν κατασκευῆς καὶ πολιτεύματος, καὶ περὶ τοῦ καθ' ἕκαστον μέρους, ὡς ἂν ὦ δυνατός, εἰπεῖν. οἶμαι γὰρ ἔσεσθαι φανερόν, ὅτι καὶ πρὸς εὐσέβειαν, καὶ πρὸς κοινωνίαν τὴν μετ' ἀλλήλων, καὶ πρὸς τὴν καθόλου φιλανθρωπίαν, ἔτι δὲ πρὸς δικαιοσύνην καὶ τὴν ἐν τοῖς πόνοις καρτερίαν, καὶ θανάτου περιφρόνησιν ἄριστα κειμένους ἔχομεν τοὺς νόμους. παρακαλῶ δὲ τοὺς ἐντευξομένους τῇ γραφῇ, μὴ μετὰ φθόνου ποιεῖσθαι τὴν ἀνάγνωσιν. οὐ γὰρ ἐγκώμιον ἡμῶν αὐτῶν προειλόμεθα συγγράφειν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ψευδῆ κατηγορημένοις ἡμῖν ταύτην ἀπολογίαν δικαιοτάτην εἶναι νομίζω, τῶν ἀπὸ τῶν νόμων, καθ' οὓς ζῶντες διατελοῦμεν. ἄλλως τε καὶ τὴν κατηγορίαν ὁ Ἀπολλώνιος οὐκ ἀθρόαν ὥσπερ ὁ Ἀπίων ἔταξεν, ἀλλὰ σποράδην καὶ διὰ πάσης τῆς συγγραφῆς. [h] ποτὲ μὲν ὡς ἀθέους καὶ μισανθρώπους λοιδορεῖ, ποτὲ δ' αὖ δειλίαν ἡμῖν ὀνειδίζει· καὶ τὐμπαλιν ἔστιν ὅπου τόλμαν καταγορεῖ καὶ ἀπονοιαν. λέγει δὲ καὶ ἀφυεστάτους εἶναι τῶν βαρβάρων· καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν εἰς τὸν βίον εὕρημα συμβεβληκότας μόνους. ταῦτα δὲ πάντα διελεχθήσεσθαι νομίζω σαφῶς, εἰ τὰναντία τῶν εἰρημένων φανείη, διὰ τῶν νόμων ἡμῖν προ-

e Τε] Abest ab *Hafn.*

f Ἡρόδοτος.] Lib. 2. c. 104.

g Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων,] Videsis *Salmasium* in *præfat.* ad *Achillem Tatium*, *Casaubonum* ad *Suetonium* in *Jul. Cæs.* c. 4. & *Huetium* in *Demonstr. Evangel.* prop. IV. §. 33.

h Ποτὲ μὲν ὡς ἀθέους] Καὶ δὴ εἴπας ποτὲ μὲν ὡς ἀθέους in duobus (*Hafn.* inter eos) *MSS.*

i Εἰ τὰναντία] Εἰ τὰναντία τῶν εἰρημένων φανείη καὶ διὰ τῶν νόμων in *Cod. Hafn.*

k Τοι-

προτέλαγμθνα, καὶ πρατλόμθνα μετὰ πάσης ἀκριβείας ὑφ' ἡμῶν. εἰ δ' ἄρα βιαθείμν μνηθῆναι τῶν παρ' ἑτέροις [k] ὑπεναντίως νενομισμθνων, τθτθ δίκαιοι τῶν αἰτίαν ἔχειν εἰσὶν, οἱ τὰ παρ' ἡμῖν ὡς χείρω παραβάλλειν ἀξιθντες. οἷς θδέτερον ἀπολειφθήσεαθαι νομίζω λέγειν, θθ' ὡς θχὶ τθτθς ἔχομθν τθς νομθς, ὧν ἐγὼ πθθθήσομαι τθς κεφαλαιωδεςάτθς θθ' ὡς θχὶ μάλιςα πάντων ἐμμθνομθν τοῖς ἑαυτθν νόμοις.

ιε'. Μικρὸν θν ἀναλαβὼν τὸν λόγον, τθτ' ἂν εἴποιμι πρῶτον. ὅτι τοὺς ἀνόμως καὶ ἀτάκτως βιθντων, οἱ τάξεως καὶ νόμθ [l] κοινωνίας ἐπιθυμηταὶ γενόμενοι, καὶ πρῶτοι καταρξανθντες, εἰκότως ἂν ἡμερότητι καὶ φύσεως ἀρετῇ διενεγκεῖν μαρτυρηθείεν. ἀμέλει πειρῶνται τὰ παρ' [m] ἑαυτοῖς ἕκαςοι πρὸς τὸ ἀρχαιότατον ἀνάγειν, ἵνα μὴ μιμεῖαθαι δόξωσιν ἑτέρθς, [n] ἀλλ' αὐτοὶ θ' ζῆν νομίμως ἄλλοις ὑφηγήσαθαι. τθτων δ' τθτον ἐχόντων τὸν τρόπον ἀρετὴ μθν ἐςὶ νομοθέτθ, τὰ βέλτιςα συνιδεῖν, καὶ πεῖσαι τθς χρησομένθς πρὸς τὸν ὑπ' αὐτῷ τιθεμένων· πλήθθς δὲ, τὸ πᾶσι τοῖς δόξασιν ἐμμεῖναι, καὶ μήτε εὐτυχίαις μήτε συμφοραῖς αὐτθν μηδὲν μεταβάλλειν. φημὶ τοίνυν τὸν ἡμέτερον νομοθέτην τὸν ὁπθδηποτοῦν μνημονευομένων νομοθετθν προάγειν ἀρχαιότητι. Λυκθργοι μὲν καὶ Σόλωνες, καὶ [o] Ζάλθκος ὁ τὸν Λοκρῶν, καὶ πάντες οἱ θαυμαζόμενοι παρὰ τοῖς Ελλησιν, ὡς ἐχθὲς δὴ καὶ πρώην, ὡς πρὸς ἐκεῖνον παραβαλλόμενοι, φαίνονται γεγονότες. ὅπθγε μηδ' αὐτὸ τθνομα πάλαι ἐγιγνώσκετο [p] τοῦ νόμθ παρὰ τοῖς Ελλησι· καὶ μάρτυς Ομηρος θδαμοῦ τὸν ποιήσεως [q] αὐτῷ χρησάμενος. θδὲ μὲν ἦν κατ' [r] τθτον, ἀλλὰ γνώμαις [s] ἀρίςοις τὰ πλήθη διῴκειτο, καὶ προςάγμασι τὸν βασιλέων. ἀφ' θ καὶ μέχρι πολλοῦ διέμειναν ἔθεσιν ἀγράφοις χρώμενοι, καὶ πολλὰ τθτων ἀεὶ πρὸς τὸ συμβυγχάνον μετατιθέντες. ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης, ἀρχαιότατος γεγονὼς, τθτο μὲν θπθθεν ὁμολογεῖται καὶ παρὰ τοῖς πάντα καθ' ἡμθν λέγθσιν, ἑαυτὸν τε παρέχεν ἄριςον τοῖς πλήθεσιν ἡγεμόνα καὶ σύμβθλον· τὴν τε κατασκθὴν αὐτοῖς ὅλθ τοῦ βίθ τῷ νόμῳ παραλαβὼν, ἔπεισεν παραδέξαθαι, καὶ βεβαιότατα ἴσασι φυλαχθῆναι παρεσκεύασεν.

ις'. Ἰδωμθν δὲ τὸν ἔργων αὐτοῦ τὸ πρῶτον μεγαλεῖον. ἐκεῖνος μὲν τθς προγόνθς ἡμθν, ἐπείπερ ἔδοξεν αὐτοῖς, τὸν Αἴγυπτον ἐκλιπθσιν, ὅτι τὸν πάτριον γῆν ἐπανιέναι, πολλὰς τὰς μυριάδας παραλαβὼν, ἐκ πολλῶν καὶ ἀμηχάνων διέσωσεν εἰς ἀσφάλειαν· καὶ γὰρ τὸν ἄνυδρον αὐτθς καὶ πολλὴν ψάμμον ἔδει διοδοιπορῆσαι, καὶ νικῆσαι [t] πολέμθς, καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ λεάν ὁμοῦ σώζειν μαχομένθς. ἐν οἷς ἅπασι καὶ ςρατηγὸς ἄριςος ἐγένετο, καὶ σύμβθλος συνετώτατος, καὶ πάντων κηδεμὼν ἀληθέςατος. ἅπαν δὲ τὸ πλήθος εἰς ἑαυτὸν ἀνηρτηκὼς παρεσκεύασεν, καὶ πεῖραν παντὸς ἔχων πειθένταν [u] αὐτθς θ κελευθέντος, εἰς εὐδεμίαν οἰκείαν ἔλαβε [x] ταῦτα πλεονεξίαν. [y] ἐν ᾧ μάλιςα τῷ καιρῷ δυνάμεις μὲν αὐτοῖς περιβάλλονται καὶ τυραννίδας οἱ προεςηκότες, ἐθίζθσι δὲ τὰ πλήθη μετὰ πολλῆς ἀνομίας [z] ζῆν, ἐν τθτῳ δὲ appareant & legibus imperata, & à nobis accurate admodum observata. Si vero coactus fuero mentionem facere legum contrariarum apud alios constitutarum, ob hoc merito culpandi sunt, quibus in animo est nostra ut pejora cum iis conferre quæ apud alios sunt. Quibus neutrum puto relictum fore quod dicant: neque quod non eas habeamus leges, quarum ego summas in medium proferam; neque quod non maxime omnium in legibus propriis perseveremus.

15. Paulo ergo altius exorsus volo primum dicere: quod ii qui ordinis & communium legum primi amatores exstiterunt, eis qui sine lege & ordine vivunt, mansuetudine & bonitate naturæ non immerito præstantiores habeantur. Hinc fit quod singuli *legumlatores* summam suis vetustatem tribui affectant, ut non imitatores aliorum videantur, sed ipsi potius aliis legitime vivendi duces exstitisse. Istis hunc in modum se habentibus, virtus quidem legislatoris est, quæ optima sunt perspicere, eosque de constitutis in bonam opinionem adducere qui illis usuri sunt: populi vero, ut maneant in omnibus quæ scita & jussa fuerint; & neque ex felicitate, neque ex calamitatibus horum aliquid immutare. Dico igitur nostrum legislatorem, quoslibet qui memorantur legislatores antiquitate præcedere. Lycurgus enim, & Solon, & Zaleucus Locrensis, & omnes qui in admiratione sunt apud Græcos, non ita pridem exstitisse videntur si illi conferantur. quando ne ipsum quidem legis nomen olim apud Græcos cognoscebatur: quod & testatur Homerus, qui nusquam in Poësi sua isto est usus. Nihil quippe hujusmodi erat illo tempore, sed optimis sententiis, & regum jussis populi regebantur. Unde etiam longo tempore permansere consuetudinibus non scriptis utentes, multasque illarum semper prout res ceciderit subinde mutantes. Noster vero legislator, qui & antiquissimus, (hoc etenim in confesso est etiam apud universos, qui omnia contra nos loquuntur) & semetipsum populo exhibuit ducem consultoremque præstantissimum; & totam vitæ rationem lege complexus, eis suasit *hanc* libenter excipere, fecitque ut diligentissime observaretur à scientibus prudentibusque.

Moyses legumlatorum antiquissimus.

16. Primum autem videamus quod inter opera ejus magnificum est. Ille enim progenitorum nostrorum, postquam eis visum est Ægypto relicta ad terram propriam revertere, cum multa millia assumpsisset, illos ex multis difficultatibus ad incolumitatem perduxit: nam & inaquosam eos & valde arenosam oportebat viam transire, & bella profligare, & liberos ac uxores cum præda inter pugnandum servare. in quibus omnibus, & ducem egregium & consiliarium sapientissimum se præstitit, & omnium curatorem verissimum. Fecit autem ut omnis à se penderet multitudo, & cum omnia quæ vellet persuadere posset, in nullo horum vindicavit sibimet potestatem. Sed in quo maxime tempore potentiam quidem sibimet comparant, & tyrannidem occupant qui aliis præsunt, populum vero licenter admodum vivere assuefaciunt, in hac ille pote-

Moyses dux egregius & consiliarius optimus.

k Ὑπεναντίως νενομισμένων,] Ὑπεναντίων in duobus *MSS.*

l Κοινωνίας ἐπιθυμηταὶ] Illud κοινωνίας ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

m Ἑαυτοῖς ἕκαςοι] Αὐτοῖς in *MSS.*

n Ἀλλ' αὐτοὶ] ἀλλ' ἐκ *Hafn.*

o Ζάλδυκος] Ita etiam legendum apud *Cosmam Indicopleustam* (p. 342.) pro Τιθκρος ὁ τὸν Λοκρῶν.

p Τοῦ νόμθ] Illa τοῦ νόμθ, quæ sensum explent, habemus ex *Codd. MSS.* & *Cosma Indicopleusta* p. 343.

q Αὐτῷ χρησάμενος.] Videlis *Jos. Barnesium* in versum 20. *Hymni ad Apollinem.*

r Τοῦτον,] Τοῦτον pro τοῦτο reposui ex *Indicopleusta.*

s Ἀρίςοις] Ita ex *Cosma.* (itaque quoque *Hafn.*) ἀρίςως in *Editis.* atque ἀορίςοις in *MSS.* & *Vet. Interpr.*

t Πολέμθς,] Sic *Vet. Interpr.* & *MSS.* πολεμίθς in *Editis.*

v Αὐτθς] ἀντὶ *Hafn.*

x Ταῦτα] ταύτην *Hafn.*

y Εν ᾧ μάλιςα τῷ καιρῷ] Ita juxta *Vet. Interpr.* ἐν ᾧ μάλιςα τοῦ καιροῦ in *Editis.*

z Ζῆν,] Illud ζῆν adjiciendum censui ex *Vet. Interpr.*

potestate constitutus, è contrario ipsum oportere pie vivere censuit, multumque benevolentiæ populo præstare: ita & se maxime virtutem suam ostensurum esse existimans, & salutem certissimam illis daturum qui ipsum sibimet ducem fecerunt. Itaque cum bonum ei propositum fuerit, & magnas res gesserit, jure censemus ducem atque consiliarium se Deum habere: & cum sibimet prius persuasisset, quod secundum illius voluntatem omnia ageret atque mente agitaret, credidit modis omnibus oportere, ut etiam populus in ejusmodi opinionem adduceretur. Nam qui Deum suam vitam respicere credunt, nulla in re peccare sustinent. Hujusmodi quidem noster legislator fuit, non magus, non impostor, sicut conviciatores injuste pronunciant; sed quales apud Græcos gloriantur fuisse Minoëm, & post eum legislatores alios. Namque quidam leges eorum positas à Deo dicebant: Minos vero ad Apollinem & Delphicum ejus oraculum legum vaticinia referebat, sive hoc verum esse credentes, sive hoc facile *aliis* persuasuros esse existimantes. Qui vero maxime *omnium* perfectissimam legum rationem instituerit, & * justissimam de Deo persuasionem habuerit, ex mutua legum ipsarum contentione quivis intelligat. Jam enim tempus est ut ad eas veniamus. Enimvero, infinita quidem, si singula expendantur, morum atque legum toto passim hominum genere discrimina sunt; eas tamen in summa hæc capita facile licet colligere. Alii quippe uni tantum, paucis quibusdam alii, alii denique populo summam reipublicæ potestatem commiserunt. At legislator noster, hisce neglectis omnibus, Theocraticam (liceat enim hac voce tametsi paulo duriore uti) reip. formam instituit: atque ita summo principatu Dei numini attributo, id egit maxime ut in eo cunctorum oculi ac mentes acquiescerent, tanquam in eo qui & omnium bonorum, seu quæ universe hominum generi eveniunt, seu quæ privatim singuli, difficilioribus suis temporibus, votis ac precibus impetrant, auctor & caussa sit: atque ejusmodi, cujus cognitionem nullum omnino factum, cogitatio nulla fugere ac latere possit. Eum præterea cum ortu carere, tum nullam tota æternitate mutationem subire, omnis quoque mortalis formæ dignitatem pulchritudine superare, postremo ut sua nobis potestate notum, sic natura & essentia prorsus ignotum esse profitetur. Mitto sane Græcorum sapientissimos hujus de Deo sententiæ magistrum illum ac ducem habuisse: quam præclara quidem illa quamque Dei cum natura ac majestate conjuncta foret, gravissime testatum ipsi quoque reliquerunt. Pythagoras enim, & Anaxagoras, & Plato, quique Platonem excepere Stoici Philosophi, ac cæ-

Origo legum apud Græcos.

Theocratia apud Judæos.

Deus Moysis.

Sapientes Græci de

ἐξουσίας ἐκεῖνον καθεστηκώς, τοιαῦτ' ἀνθρώπου δεῖν εὐσεβεῖν, καὶ πολλὴν εὔνοιαν τοῖς λαοῖς ἐμπαρασχεῖν· ὅτως αὐτός τε τὰ μάλιστα τὴν ἀρετὴν ἐπιδείξειν τὴν αὐτοῦ νομίζων, [a] καὶ σωτηρίαν τοῖς αὐτὸν ἡγεμόνα [b] ποιουμένοις βεβαιοτάτην παρέξειν. καλῆς οὖν αὐτῷ προαιρέσεως καὶ πράξεων μεγάλων ἐπιτυγχανομένων, εἰκότως [c] νομίζομεν ἡγεμόνα τε καὶ σύμβουλον θεῖον ἔχειν· καὶ πείσας πρότερον ἑαυτὸν, ὅτι κατὰ τὴν ἐκείνου βούλησιν ἅπαντα πράττει καὶ διοικεῖται, ταύτῃ ᾤετο δεῖν πρὸ παντὸς ἐμποιῆσαι τὴν ὑπόληψιν τοῖς πλήθεσιν. οἱ γὰρ πιστεύσαντες ἐπισκοπεῖν Θεὸν τοὺς ἑαυτῶν βίους, οὐδὲν ἀνέχονται ἐξαμαρτεῖν. τοιοῦτος μὲν δή τις αὐτὸς ἡμῖν ὁ νομοθέτης, οὐ γόης, οὐδ' ἀπατεών, ἅπερ λοιδορούντες λέγουσιν ἀδίκως· ἀλλ' [d] οἷον παρὰ τοῖς Ἕλλησιν [e] αὐχοῦσιν τὸν Μίνω γεγονέναι, καὶ [f] μετ' αὐτὸν τοὺς ἄλλους νομοθέτας. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τοὺς νόμους [g] ὑποτίθεντο· οἱ δέ γε Μίνω ἔλεγον, ὅτι εἰς τὸν Ἀπόλλω καὶ τὸ Δελφικὸν αὐτοῦ μαντεῖον τὰς τῶν νόμων μαντείας ἀνέφερεν, ἤτοι τἀληθὲς ὅτως ἔχειν νομίζοντες, ἢ πείσειν ῥᾴον ὑπολαμβάνοντες. τίς δ' ἦν ὁ μάλιστα καταρθώσας τοὺς νόμους, καὶ τίς ὁ δικαιότατα περὶ τὸν τοῦ Θεοῦ πίστεως ἐπιτυχὼν, παρέστιν ἐξ αὐτῶν καταγνοῦν τῶν νόμων ἀντιπαραβάλλοντας. ἤδη γὰρ περὶ τούτων λεκτέον. οὐκοῦν ἄπειροι μὲν αἱ κατὰ μέρος τῶν [h] ἐθῶν καὶ τῶν νόμων παρὰ τοῖς ἅπασιν ἀνθρώποις [i] διαφοραὶ, ὅτω δὴ ταύτας κεφαλαιωδῶς ἂν ἐπίοι τις. [k] οἱ μὲν γὰρ μοναρχίαις, οἱ δὲ ταῖς ὀλίγων δυναστείαις, ἄλλοι δὴ τοῖς πλήθεσιν ἐπέτρεψαν τὴν ἐξουσίαν τῶν πολιτευμάτων. ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης εἰς μὲν τούτων οὐδοτιοῦν ἀπεῖδεν· ὡς δ' ἄν τις εἴποι βιασάμενος τὸν λόγον, θεοκρατίαν ἀπέδειξε τὸ πολίτευμα, [m] Θεῷ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος ἀναθεὶς, καὶ πείσας εἰς ἐκεῖνον ἅπαντας ἀφορᾶν, ὡς αἴτιον μὲν ἁπάντων ὄντα τῶν ἀγαθῶν, [n] ἃ κοινῇ τε πᾶσιν ἀνθρώποις ἰδίᾳ τε ἑκάστοις ὑπάρχει, καὶ ὅσον ἔτυχον αὐτοὶ δεηθέντες, ἐν ἀμηχάνοις· λαθεῖν δὲ τὴν ἐκείνου γνώμην οὐκ ἐνὸν, ὅτέ τι τῶν πραττομένων οὐδὲν, οὐδ' ὧν ἄν τις παρ' αὐτῷ διανοηθείη. ἀλλ' αὐτὸν ἀπέφηνε καὶ ἀγένητον, καὶ πρὸς τὸν ἀίδιον χρόνον ἀναλλοίωτον, πάσης ἰδέας θνητῆς κάλλει διαφέροντα, καὶ δυνάμει μὲν ἡμῖν γνώριμον, ὁποῖον δὴ καὶ οὐσίαν ἐστὶν ἄγνωστον. ταῦτα περὶ Θεοῦ φρονεῖν οἱ σοφώταροι παρ' Ἕλλησιν ὅτι μὲν ἐδιδάχθησαν, ἐκείνου τὰς ἀρχὰς παραδόντος, ἐῶ νῦν λέγειν. ὅτι δ' ἐστὶ καλὰ καὶ πρέποντα τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει καὶ μεγαλειότητι, σφόδρα μεμαρτύρηκασι. καὶ γὰρ Πυθαγόρας καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Πλάτων, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφοι, καὶ μικρῷ

a Καὶ σωτηρίαν] Ista in *Veteri Interprete* exstant, *& salutem firmissimam præbere sequacibus bona voluntate. Ex maximis actions in singulis cajibus usus est. Quapropter recte judicabat, ducem atque consultorem se Deum habere.* Ex quibus haud facile est conjicere, quid in *suo codice* habuerit.

b Ποιουμένοις] πεποιημένοις *Hafn.*

c Νομίζομεν] Νομίζε ἡγεμόνα τε καὶ σύμβουλον Θεὸν ἔχειν legisse videtur *Vet. Interpr.*

d Οἷον] ὃν *Hafn.*

e Αὐχοῦσιν] αὐχοῦντες *Hafn.*

f Μετ' αὐτὸν] μετὰ ταῦτα *Hafn.*

g Ὑποτίθεντο.] Manca sententia est, & forsan hoc modo suppleri debet. ὑποτίθενται ἀπὸ Θεοῦ εὑρεθῆναι. ita enim legisse videtur *Vet. Interpres* qui vertit, *namque quidam eorum leges positas à Jove dicebant.*

h Ἐθῶν καὶ τῶν νόμων] Ita lego ex *Eusebio* in *lib.* VIII. de *Præp. Evangel.* c. VIII. prius editum erat ἐθνῶν.

i Διαφοραὶ,] Post διαφοραὶ ex *Eusebio* κεφαλαιωδῶς ἂν ἐπίοι τίς· quibus ὅτω δὴ ταυτας præmisit *Vigerus* ad sensum explendum.

k Οἱ μὲν γὰρ μοναρχίαις, — ἐπέτρεψαν] ὁ μὲν γ. μοναρχίας, οἱ δὲ τὰς ο. δυναστείας, α. δ. τ. π. ἐπέτρεψαν *Hafn.*

l Ἀπέδειξε τὸ πολίτευμα,] *Al.* ἀπεῖπεν.

m Θεῷ] Sic *Eusebius.* antea erat, Θεῷ (δὲ *Hafn.*) μᾶλλον μόνῳ τὴν &c. *Deo principaliter conversationem nostram atque potestatem assignans* &c. ut reddit *Vet. Interpr.*

n Ἃ κοινῇ] Ex *Eusebio* & *Vigero* ejus *interprete* locum repræsentavi, qui antea in *Josephi* libris ad hunc modum se habuit, κοινῇ τε πᾶσιν ἀνθρώποις παρεχόμενα καὶ ἰδίᾳ. καὶ ὃ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ & ὧν ἀπαγορεύουσιν, εἰς ἐκείνον ἀνάγει τὴν ἀπαγόρευσιν. (& eorum, quæ prohibuit, in illam prohibitionem derivant. SPANH.) & οἱ μὲ τὸ δοκεῖν ἐδιδάξαν μὴν εἶναι Θεὸν μονάρχου, μετ' αὐτὸν δὴ θεῶν τινὰς μυθολογίας ἀνεπλάσαν.ο, τὸ εἶναι αὐτοὶ δεηθέντες ἐν ἀμηχανίᾳ, λαθεῖν τὴν ἐκείνου γνώμου οὐκ ἠδυνήθησαν. ἀλλ ὅτε τῶν πραττομένων οὐθέν, οὐδ' ὃς ἄντις παρ' ἑαυτῷ διανοηθῇ. ἵνα γὰρ αὐτὸν ἀπέφηνεν ὁ ἡμέτερος νομοθέτης εὐπρόσιτον, ἀγένητον, ἀΐδιον, ἄχρονον, ἀναλλοίωτον, πάσης ἰδέας θνητῆς κάλλει διαφέροντα. & δυνάμει μὲν μόνον ἡμῖν γνώριμον, ὁποῖος δὲ κατ' οὐσίαν ἄγνωστον. ταῦτα περὶ Θεοῦ φρονεῖν οἱ σοφώταροι δοκοῦσι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, μονάρχου ὡς ἐν παραδόρμῃ ἀφιέντες. εἰ γὰρ Θεὸς οὐ Θεοὶ εἰδεῖ λέγειν τῇ ἀνάρχῳ φύσει τὰ καλὰ τε & ἄτρεπτα, & ὡς ἀληθῶς πρέποντα τῇ μεγαλειότητι τοῦ Θεοῦ. & ὅτι μὲν ἐδιδάχθησαν ἐκείνου τὰς ἀρχὰς παραδόντος, ἐῶ νῦν λέγειν. in *Hafn.* pro ἀπαγόρευσιν legitur ἀπηγόρευσαν. Sequentia εἰς — μὲν τὸ absunt, & legitur μόνον δὲ & τοῦτο δοκεῖν &c. paullo post ibidem ἀπρόσιτον, & ἄγνως, deletur vero δοκοῦσι.

* *Al.* æquissimam de Deo notionemque atque sententiam animo informarit.

χρῆ δεῖν· ἅπαντες ὅσοι φαίνονται, περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως πεφρονηκότες. ἀλλ' οἱ μὲν πρὸς ὀλίγους φιλοσοφοῦντες ο εἰς πλήθη δόξαις προκαταλειλημμένα, τὴν ἀλήθειαν τοῦ δόγματος ἐξενεγκεῖν οὐκ ἐτόλμησαν. ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης, ἅτε δὴ τὰ ἔργα παρέχων p τοῖς νόμοις σύμφωνα, οὐ μόνον τοὺς καθ' αὑτὸν ἔπεισεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνων ἀεὶ γενησομένοις τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ πίστιν q ἐνέφυσεν ἀμετακίνητον. αἴτιον δ' ὅτι καὶ τῷ τρόπῳ τῆς νομοθεσίας πρὸς τὸ χρήσιμον πάντων r ἀεὶ πολὺ διήνεγκεν· οὐ γὰρ μέρος τι ἀρετῆς ἐποίησε τὴν εὐσέβειαν, ἀλλὰ ταύτης s τὰ μέρη τἄλλα σωνεῖδε καὶ κατέστησε· λέγω δὲ τὴν δικαιοσύνην, τὴν καρτερίαν, τὴν σωφροσύνην, τὴν τῶν πολιτῶν πρὸς ἀλλήλους ἐν ἅπασι συμφωνίαν. ἅπασαι γὰρ αἱ πράξεις καὶ θεωρίαι καὶ λόγοι πάντες, ὅτι τὴν πρὸς Θεὸν t ἡμῖν εὐσέβειαν ἔχουσι τὴν ἀναφοράν· οὐδὲν γὰρ τούτων ἀνεξέταστον οὐδὲ ἀόριστον παρέλιπε. δύο μὲν γάρ εἰσιν ἁπάσης παιδείας τρόποι καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη καλασκευῆς, ὧν ὁ μὲν λόγων u διδασκαλικός, ἕτερος δὲ ὁ περὶ x τῆς ἀσκήσεως τῶν ἐθῶν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι νομοθέται ταῖς γνώμαις διέστησαν, καὶ τὴν ἕτερον αὐτῶν, ὃν ἔδοξαν ἕκαστοι ἑλόμενοι, τὴν ἄλλον παρέλιπον. οἷον Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ Κρῆτες ἤθεσιν ἐπαίδευον καὶ λόγοις· Ἀθηναῖοι δὲ καὶ κεφαλὴν οἱ y ἄλλοι πάντες Ἕλληνες, ἃ z μὲν χρὴ πράττειν ἢ μὴ, προσέταττον περὶ τῶν νόμων, ἃ δὲ πρὸς αὐτὰ περὶ τὴν ἔργων ἐθίζειν a ὠλιγώρησαν.

ιζ'. Ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης ἄμφω ταῦτα συνήρμοσε κατ' πολλὴν ἐπιμέλειαν. οὔτε γὰρ κωφὴν ἀπέλιπε τὴν τῶν ἐθῶν ἄσκησιν, οὔτε τὴν ἐκ τοῦ λόγου νόμον ἄπρακτον εἴασεν. ἀλλ' εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρξάμενος τροφῆς, καὶ τὴν b κατὰ τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ διαίτης, οὐδὲν οὔτε τῶν βραχυτάτων αὐτεξούσιον ὅτι ταῖς βουλήσεσι τῶν χρησομένων καταλέλιπεν. ἀλλὰ καὶ περὶ σιτίων ὅσων ἀπέχεσθαι χρὴ, καὶ τίνα προσφέρεσθαι, καὶ περὶ c τῶν κοινωνησόντων τῆς διαίτης, ἔργων τε d εὐτονίας e περὶ τὰς τέχνας, καὶ τοὔμπαλιν ἀναπαύσεως, ὅρον ἔθηκεν αὐτὸς καὶ κανόνα τὸν νόμον, ἵν' ὥσπερ ὑπὸ πατρὶ τούτῳ καὶ δεσπότῃ ζῶντες, μήτε βουλόμενοι μηδὲν, μήθ' ὑπ' ἀγνοίας ἁμαρτάνωμεν. οὐδὲ γὰρ τὴν f ἀπ' ἀγνοίας g ὑπολίμψιν ἐνέσχετο καταλιπεῖν, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον καὶ ἀναγκαιότατον ἀπέδειξεν h παιδευμάτων τὸν νόμον· οὐκ εἰσάπαξ ἀκροασαμένους οὐδὲ δὶς ἢ πολλάκις, ἀλλ' ἑκάστης ἑβδομάδος τῶν i ἄλλων ἔργων ἀφεμένους, ὅτι τὴν ἀκρόασιν τοῦ νόμου ἐκέλευσε συλλέγεσθαι καὶ τοῦτον ἀκριβῶς ἐκμανθάνειν. ὃ δὴ πάντες οἱ νομοθέται ἐοίκασι παραλιπεῖν.

ιη'. Καὶ τοσοῦτον οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἀπέχουσι, τοῦ κατὰ τοὺς οἰκείους ζῆν νόμους, ὥστε κεφὴν αὐτοὺς οὐδ' ἴσασιν· ἀλλ' ὅταν k ἐξαμάρ-

teri prope omnes, in hujus de natura divina sententiæ communionem societatemque venerunt. At enimvero, cum isti fere non nisi cum paucis philosopharentur, & dogmatis hujus veritatem in vulgus aliis jam opinionibus occupatum efferre metuerent: tum noster hic legislator, qui suarum ad legum æquitatem operum consensionem adjungeret, non eos modo qui sua ætate viverent, in eam secum mentem adduxit, verum etiam nepotibus ac posteris illorum omnibus, firmam hanc atque constantem de divino numine fidem inseruit. Quod autem in ea legum suarum informatione fructum etiam fuerit longe quam cæteri majorem sequutus, eo maxime factum est, quod non religionem virtutis partem aliquam fecerit, sed religionis potius *alias* partes esse quasdam & viderit & vero statuerit: justitiam, patientiam, temperantiam, ac mutuam civium inter se rebus in omnibus conjunctionem. Quippe quod actionum, studiorum, ac sermonum omnium rationes ex una divini numinis religione suspensas habere nos oporteat: cum nihil penitus aut non expensum, aut non definitum constitutumque reliquerit. Nam cum duæ omnino sint cujusvis disciplinæ, ac morum instituendorum viæ; quarum altera præceptis, altera conformatione vitæ continetur: cæteri quidem legislatores, dissidentium opinionum varietate distracti, atque alterutram suo quisque sensu viam sequuti, alteram omisere. Ita enim Lacedæmonii simul & Cretenses, moribus ipsis docebant, non præceptis: Athenienses autem Græcique propemodum universi, quid agendum esset, quidve fugiendum legibus edicebant, suos tamen ad utrumque rebus ipsis consuefacere negligebant.

Deo quid existimarunt.

Παιδείας τρόποι δυο, ἤθεσι & λογοις.

17. At legislator hic noster præcipuo quodam studio ambo ista conjunxit: dum neque mutam vitæ morumque conformationem reliquit, neque legis præcepta operum societate carere permisit: sed, jam inde ab ipsomet alimenti genere, & domestica singulorum victus ratione auspicatus, ne minutissimum quidem aliquid eorum qui *illis* uterentur potestatis & arbitrii facere voluit. Imo quibus abstinendum cibis, quibus item vesci liceat, quinam in victus communionem ac societatem vocandi, quam in operibus contentionem adhibere, quem in otio tenere modum oporteat, certis quasi legis finibus regulisque descripsit: uti sub ejus tanquam parentis cujusdam aut dominæ imperio nutuque viventes, nihil omnino vel malitia vel ignoratione peccemus. Ita ne ignoratione illam, velut aliquam deprecandæ pœnæ speciem relinqueret, longe pulcherrimum nobis maximeque necessarium disciplinæ genus, legem ipsam esse voluit: nec satis id futurum putavit, ut semel, iterum, aut sæpius eam audivissemus, nisi hebdomadis quoque singulis, ab alio quolibet opere feriatos omnes, ad illam dum recitaretur audiendam, animoque penitus informandam, convenire juberet. Id quod ab reliquis omnibus legislatoribus prætermissum videmus.

Ακρόασις legis frequens apud Judæos.

18. Quare, plerique mortalium à vita suarum ex legum præceptis instituenda tantum absunt, ut in summa fere illarum ignoratione versentur, atque ubi peccaverint,

o Εἰς πλήθη δόξαις προκαταειλημμένα,] *Al.* εἰς πλῆθος δόξαις προκαταειλημμένον. vel προκαταειλημμένοι.
p Τοῖς νόμοις σύμφωνα,] *Al.* σύμφωνα τοῖς λόγοις.
q Ἐνέφυσεν] ἐνέφυεν *Hafn.*
r Ἀεὶ πολὺ διήνεγκεν·] Illud ἀεὶ non agnoscit *Euseb.*
s Τὰ μέρη] Μέρη τι ἄλλα, καὶ συνεῖδεν αὐτὰ & κατέστησε *Euseb.*
t Ἡμῖν εὐσέβειαν ἔχουσι] Ἡμῶν εὐσέβειαν ἀναφέρουσιν *Euseb.*
u Διδασκαλικός,] Ita cum *Eusebio.* antea erat διδάσκαλος, ἕτερος δέ.
x Τῆς ἀσκήσεως τῶν ἐθῶν.] Ita *Euseb.* prius ἀφ' πάσης ἀσκ.
y Ἄλλοι πάντες Ἕλληνες,] Illud ἄλλοι non agnoscit *Euseb.*
z Μὴ χρὴ] Etiam οὐ desideratur in *Eusebio.*
a Ὠλιγώρησαν.] Ὠλιγώρουν *Euseb.*
b Κατὰ τὸ οἰκεῖον] Κατὰ τῶν οἰκείων ἑκάστων *Euseb.*
c Τῶν κοινωνησόντων] Κοινωνησάντων *Euseb.*
d Εὐτονίας] εὐτόνους *Hafn.* sed in Marg. scribitur legendum esse συντονίας.
e Περὶ τὰς τέχνας,] Illa περὶ τὰς τέχνας non agnoscit *Euseb:* ἀπὸ τ. τεχν. *Hafn.*
f Ἀπ' ἀγνοίας] Antea ἀπὸ, quod quidem ferri potest.
g Ὑποτίμησιν ἠνέσχετο] Ἐπιλίμψιν καταλιπεῖν *Euseb.* De voce ὑπολίμψις vide *Vigerum* ad *Eusebium* p. 356.
h Παιδευμάτων] Παίδευμα τὸν νόμον *Euseb.*
i Ἄλλων ἔργων ἀφεμένους,] Ita *Euseb.* (cui jam adstipulatur *Hafn.*) ἄλλων antea deerat.
k Ἐξαμαρτωσι,] Ἐξαμαρτάνωσι in *Eusebio.*

caverint, eas tum demum abs se violatas, ex aliis intelligant. Quam ignorantiam summi quoque & principes eorum magistratus confitentur, dum eos rerum administrationi præesse potissimum, ac sibi assidere volunt, qui præcipuam quandam legum peritiam præ se ferant. At ex nostris, quemcunque de legum nostrarum capitibus interroges, universas facilius quam suum ipse nomen edisseret. quippe quas jam usque ab ea qua primum aliquid sentire cœpimus ætate, haustas, mentibus deinceps inustas quodammodo impressasque teneamus. Ita, & rari admodum sunt qui eas violent, & qui violarit, nulla prorsus ei deprecandæ pœna ratio superest.

Concordia Judæorum. 19. Atque hic admirabilis inter nos animorum consensionis fons est præcipuus. Nam & idem omnes de Deo sentire, & nullo vitæ morumque dissidio laborare, id vero pulcherrimam ac jucundissimam hominibus animorum studiorumque conjunctionem afferre solet. Enimvero, soli omnino sumus, apud quos neque discrepantes unquam de Deo sententias audies, quod apud alios frequentissimum est: (nec enim vulgaris tantum ac plebejus quilibet, prout peculiaris animi sensus impulerit, *de Deo* loquitur: sed hoc temeritatis vitium ad nonnullos etiam Philosophos permanavit, quorum alii omnem Dei naturam funditus exterminare conati sunt, alii eundem omni hominum cura providentiaque spoliarunt:) nec ullum in vitæ rationibus dissidium videbis. Immo vero, cum summa quædam apud nos omnium sit operum functionumque communio, tum vox similiter eadem, & cum ipsa lege de Deo consentiens, quæ omnia divini oculi sapientia regi profitetur. Quinetiam quod ad vitæ instituta spectat, ex ipsis quoque mulierculis ac mancipiis intelliges, nihil non ex cæteris ad unum religionis finem esse referendum.

Finis vitæ pietas.

20. Atque hinc profectum illud est, quod à nonnullis probro nobis & crimini vertitur, neminem ex nobis ullum aut novæ orationis, aut operis novi auctorem prodiisse. Nam cæteri quidem, in nulla patriarum consuetudinum acquiescere, præclarum quiddam ac laude dignum arbitrantur, eosque potissimum qui aliquid earum labefactare conantur, à singulari prudentiæ vi solertiaque commendant. Nos contra, unam hanc & prudentiam & virtutem esse statuimus, nihil omnino quod cum legibus ante sancitis quoquo modo pugnet aut invehere aut moliri. Quod sane argumento certissimo est, optime conditam hanc fuisse legem. Quæ enim secus instituta sunt, ea correctione indigere, experientia comprobatur.

Lex Judæorum immutabilis.

21. At nos, qui hanc primam legem ex divinæ voluntatis arbitrio latam fuisse credimus, eam deinceps violare sine impietate non possumus. Et vero, quid tandem aut ex ea mutare quis possit, aut excogitare melius, aut ab aliis convenientius mutuari? Nam forte genus ipsum Reipublicæ *totum immutabit*? At quodnam, obsecro, possit eo vel melius vel æquius institui, quod Deum quidem rerum universarum moderatorem constituit, sacerdotes vero ita publicæ maximorum negotiorum administrationi præficiat, ut illis ipsis sacerdotibus

De sacerdotibus.

τωσι, τότε παρ' ἄλλων μανθάνουσιν, ὅτι τὴν νόμοι παραβεβήκασιν. οὔτε τὰς μεγίστας καὶ κυριωτάτας παρ' αὐτοῖς ἀρχὰς διοικοῦντες ὁμολογοῦσι τὴν ἄγνοιαν· ὑπηρέτας γὰρ παραθίστασθαι τῆς τῶν πραγμάτων οἰκονομίας, τοὺς ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν νόμων ὑπισχνουμένους. [l] ἡμῖν δ' ὁντινοῦν εἴτις ἔροιτο τοὺς νόμους, ῥᾴων ἂν εἴποι [m] πάντα ἢ τοὔνομα τὸ ἑαυτοῦ. τοιγαροῦν ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς αἰσθήσεως αὐτοὺς ἐκμανθάνοντες, ἔχομεν ἐν ταῖς ψυχαῖς [n] ὥσπερ ἐγκεχαραγμένους. καὶ σπάνιος μὲν ὁ παραβαίνων, ἀδύνατος δ' ἡ τῆς κολάσεως παραίτησις.

ιθ'. Τοῦτο πρῶτον ἁπάντων τὴν θαυμαστὴν ὁμόνοιαν ἡμῖν ἐμπεποίηκεν. τὸ γὰρ μίαν μὲν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ Θεοῦ, τῷ βίῳ δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν, καλλίστην ἐν ἔθεσιν ἀνθρώπων συμφωνίαν [o] ἀπτελεῖ. παρ' ἡμῖν γὰρ μόνοις, ὅτε περὶ τοῦ Θεοῦ λόγους ἀκούεταί τις ἀλλήλοις ὑπεναντίους, ὁποῖα πολλὰ παρ' ἑτέροις· οὐδ' ὑπὸ τῶν τυχόντων μόνον κατὰ τὸ προσπεσὸν ἑκάστῳ λέγεται πάθος, ἀλλὰ καὶ παρά τισι τῶν φιλοσόφων αὐτοῦ [p] τετόλμηται, τῶν μὲν τὴν ὅλην τοῦ Θεοῦ φύσιν [q] ἀναιρεῖν τοῖς λόγοις ἐπιχειρησάντων, ἄλλων δὲ τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων [r] αὐτοῦ πρόνοιαν ἀφαιρουμένων. οὐδ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν βίων ὄψεται διαφοράν. ἀλλὰ κοινὰ μὲν ἔργα πάντων παρ' ἡμῖν, εἰς ἣ ὁ λόγος [s] ὁ τῷ νόμῳ συμφωνῶν περὶ Θεοῦ, πάντα λέγων ἐκεῖνον ἐφορᾶν. καὶ μὴν περὶ τὰ κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδεύματα, ὅτι δεῖ πάντα τὰ ἄλλα τέλος ἔχειν τὴν εὐσέβειαν, καὶ γυναικῶν ἀκούσειεν ἄν τις καὶ τῶν οἰκετῶν.

κ'. Ὅθεν δὴ καὶ τὸ προφερόμενον ἡμῖν ὑπό τινων [t] ἔγκλημα, [v] τὸ δὴ μὴ [x] καινῶν εὑρετὰς ἔργων ἢ λόγων [y] ἄνδρας παραχεῖν, ἐντεῦθεν συμβέβηκεν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μηδενὶ τῶν πατρίων ἐμμένειν, καλὸν εἶναι νομίζουσι, καὶ τοῖς μάλιστα τολμῶσι ταῦτα παραβαίνειν σοφίας δεινότητα μαρτυροῦσιν. ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον μίαν εἶναι καὶ φρόνησιν καὶ ἀρετὴν ὑπειλήφαμεν, τὸ μηδὲν ὅλως ὑπεναντίον μήτε πρᾶξαι μήτε διανοηθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς [z] νομοθετηθεῖσιν. ὅπερ εἰκότως ἂν εἴη τεκμήριον τοῦ κάλλιστα τεθῆναι τὸν νόμον. τὰ γὰρ μὴ τοῦτον ἐχοντα τὸν τρόπον, αἱ πεῖραι [a] δέομαι διορθώσεως ἐλέγχουσιν.

κα'. Ἡμῖν δὲ τοῖς πειθομένοις ἐξ ἀρχῆς τεθῆναι τὸν νόμον καλὰ Θεοῦ βουλήσει, οὐδ' εὐσεβὲς [b] ἦν ἔτι τοῦτο μὴ φυλάττειν. τί γὰρ αὐτοῦ τις ἂν μεταχειρίσειεν, ἢ τί κάλλιον [c] ἐξεύροι, ἢ τί παρ' ἑτέρων ὡς ἄμεινον [d] ἐξενέγκοι; ἆρα γε τὴν ἄλλου καλάφασιν τοῦ πολιτεύματος; καὶ τίς [e] ἢ καλλίων ἢ δικαιοτέρα γένοιτο, [f] τῆς Θεὸν μὲν ἡγεμόνα τῶν ὅλων ἡγεῖσθαι ποιησαμένης, τοῖς ἱερεῦσι δὲ κοινῇ μὲν τὰ μέγιστα διοικεῖν ἐπιτρεψάσης, τῷ δὲ πάντων ἀρχιερεῖ πάλιν αὖ πεπι-

l Ἡμῶν] Ἡμῶν δ' ὁντινοῦν τις ἔροιτο, τοὺς νόμους ῥᾴων ἄν τις εἴποι πάντας *Euseb.*

m Πάντα] πάντας *Hafn.*

n Ὥσπερ ἐγκεχαραγμένους.] Illud ὥσπερ ex *Eusebio.*

o Ἀπτελεῖ.] Ita ex *Euseb.* ἐπιτελεῖ in *Editis.*

p Τετόλμηται,] Ἀποτετόλμηται *Euseb.*

q Ἀναιρεῖν τοῖς λόγοις] Ἀναιρεῖν τοῖς λόγοις ἐπικεχ. *Euseb.* ut & *Hafn.*

r Αὐτοῦ] αὐτὸν *Hafn.*

s Ὁ τῷ νόμῳ] Ita ex *Eusebio.* antea erat ὁμῶς σύμφωνος.

t Ἔγκλημα,] ἐγκλήματος *Hafn.*

v Τὸ δὴ μὴ] Sic *Euseb.* prius erat, τὸ ἢ μὴ καινῶν εὑρετὰς ἔργων ἢ λόγων ἀνδρίας παραχεῖν.

x Καινῶν εὑρετὰς ἔργων ἢ λόγων] καινῶν *Hafn.*

y Ἀνδρας παραχεῖν, ἐντεῦθεν συμβέβηκεν.] ἀνδρείας *Hafn.*

z Νομοθετηθεῖσιν.] Ita ex *Eusebio.* antea vitiosa νομοθετήσασιν.

a Δέομαι διορθώσεως] Δέομαι in *Euseb.* & *Vulgatis Josephi.* δίκομαι *Hafn.*

b Ἦν ἔτι τοῦτο] Sic *Euseb.* antea erat, ἢ ἔτι τοῦτο φυλάττειν.

c Ἐξεύροι,] ἐξεῦρεν *Hafn.*

d Ἐξενέγκοι;] Μετενέγκοι malit *Montacutius.* ἐξήνεγκεν *Hafn.*

e Ἢ καλλίων] ἢν κάλλιον *Hafn.*

f Τῆς Θεὸν μὲν ἡγεμόνα] Τῆς τὸν Θεὸν *Euseb.*

g Οὐς

πεπιστευκυίας τὴν τῶν ἄλλων ἱερέων ἡγεμονίαν. ὃς δὲ καὶ πλεῖστον, οὐδέ τισιν ἄλλαις πρόχοις αὐτομάτοις πλεονεξίαις, πρῶτον εὐθὺς ὁ νομοθέτης ὅλῃ τὴν τιμὴν ἔταξεν· ἀλλ' ὅσοι τῶν μετ' αὐτοῦ πειθοί τε καὶ σωφροσύνῃ τῶν ἄλλων διέφερον, τούτοις τὴν περὶ τὸν Θεὸν μάλιστα θεραπείαν ἐπεχείρησεν. [h] τούτοις δ' ἦν καὶ τοῦ νόμου καὶ τῶν ἄλλων ὁπτηδευμάτων ἀκριβὴς ἐπιμέλεια· καὶ γὰρ ἐπόπται πάντων καὶ δικασταὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, καὶ κολασταὶ τῶν καταγνωσμένων οἱ ἱερεῖς ἐτάχθησαν.

κϛ'. Τίς ἂν οὖν ἀρχὴ γένοιτο ταύτης ὁσιωτέρα; τίς δὲ Θεῷ τιμὴ μᾶλλον [i] ἁρμόζουσα; παντὸς μὲν τοῦ πλήθους καταστολασμένου πρὸς τὴν εὐσέβειαν, ἐξαίρετον δὲ τὴν ὁπτιμέλειαν τῶν ἱερέων πεπιστευμένων, ὥσπερ δὲ [k] τελετῆς τινος τοῦ ὅλης πολιτείας οἰκουμένης; ἃ γὰρ ὀλίγων ἡμερῶν ἀριθμὸν ὁπτηδεύοντες [l] ἀλλόφυλοι φυλάττειν οὐ δύνανται, μυστήρια καὶ τελετὰς ὀνομάζοντες, [m] ταῦτα μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ γνώμης [n] ἀμεταπείστου φυλάττομεν ἡμεῖς ἀφ' οὗ παντὸς αἰῶνος. τίνες οὖν εἰσιν αἱ [o] προρρήσεις καὶ ἀπαγορεύσεις; ἁπλαῖ τε καὶ γνώριμοι. πρώτη [p] δ' ἡγεῖται περὶ Θεοῦ, λέγουσα, [q] ὁ Θεὸς ἔχει τὰ [r] πάντα παντελὴς καὶ μακάριος, αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ πᾶσιν αὐτάρκης, ἀρχή, καὶ μέσα, καὶ τέλος [s] πάντων· οὗτος ἔργοις μὲν καὶ χάρισιν [t] σύναργής, καὶ παντὸς [v] οὐτινοσοῦν φανερώτερος, μορφήν τε καὶ μέγεθος ἡμῖν [x] ἀφανέστατος· πᾶσα μὲν γὰρ ὕλη [y] πρὸς εἰκόνα τοῦ τοῦ, κἂν ᾖ πολυτελὴς, ἄτιμος, πᾶσα δὲ τέχνη πρὸς μιμήσεως ὁπόσον ἄτεχνος. οὐδὲν ὅμοιον [z] οὔτ' ἴδομεν οὔτ' ἀκούομεν, οὔτ' εἰκάζειν ἐστὶν ὅσιον. ἔργα βλέπομεν αὐτοῦ, φῶς, οὐρανὸν, γῆν, ἥλιον καὶ σελήνην, [a] ὕδατα, ζώων γενέσεις, καρπῶν ἀναδόσεις. ταῦτα ὁ Θεὸς ἐποίησεν [b] οὐ χερσὶν, οὐ πόνοις, οὐδέ τινων [c] συνεργασαμένων ὁπηδεηθείς· ἀλλ' αὐτοῦ καλὰ θελήσαντος, [d] καλῶς ἦν εὐθὺς γεγονότα· τούτῳ δεῖ πάντας ἀκολουθεῖν, καὶ θεραπεύειν αὐτὸν ἀσκοῦντας ἀρετὴν· τρόπος γὰρ θεοῦ θεραπείας οὗτος ὁσιώτατος.

κγ'. Εἷς ναὸς ἑνὸς Θεοῦ. φίλον γὰρ ἀεὶ παντὶ τὸ ὅμοιον. [e] κοινὸς ἁπάντων, κοινὸς Θεὸς ἁπάντων. τοῦτον θεραπεύουσι μὲν ἀφ' παντὸς οἱ ἱερεῖς, ἡγεῖται δὲ τούτων ὁ πρῶτος ἀεὶ κατὰ γένος. οὗτος [f] μετὰ τῶν συνιερέων θύει τῷ Θεῷ, φυλάττει τοὺς νόμους, δικάζει περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, κολάζει τοὺς ἐλεγχθέντας [g] ἐπ'

summum omnium pontificem præesse velit? Adde quod eosdem ab ipso jam initio legislator, non pro census magnitudine, aut aliarum ejusmodi rerum, quam fortuna peperit, copia, in tanto honoris gradu collocari voluerit, sed iis duntaxat qui secum aliis partim orationis vi, partim etiam æquitate morum anteirent, divini cultus ritus commiserit. Id quod ad accuratam & legis, & reliquorum institutorum conservationem, maxime pertinebat: cum & summi omnium quæsitores, & controversiarum judices, & damnatorum punitores constituti sacerdotes essent.

22. Quodnam igitur imperii genus hoc sanctius esse queat? aut qui Deo cultus convenientior exhiberi? ubi non multitudo tantum universa ad pietatem studiosissime informetur, sed etiam & insignis quædam à sacerdotibus in rerum administratione diligentia exigatur, & solennem sacri alicujus festi religionem tota reip. ratio imitetur? Nam quæ alienigenæ paucis aliquot diebus mysteria, ut appellant, statasque ceremonias custodire non possunt, ea nos perpetuo cum suavissime, tum etiam constantissime retinemus. Quænam vero, & cujusmodi nostra illa vel edicta sunt, vel interdicta? Simplicia prorsus & illustria. Princeps quidem & caput omnium illud est, quod ita de Deo statuit: Deum universa complecti; perfectissimum illum esse atque beatissimum; sibi ipsi ac cæteris omnibus satis unum esse, principium, medium, finemque cunctorum: eundem ut operibus ac beneficiis conspicuum, imo rerum omnium longe nobilissimum, ita cum natura, tum etiam magnitudine obscurissimum: materiam omnem, ut genere ipso pretiosissima, vilem, si ad ejus imaginem exigatur, futuram: artem etiam omnem, si ad illius imitationem aspiret, inertem jacere: nihil ejus simile nec videri, nec cogitari posse. Hujus tamen opera sub aspectum cadere, lumen, cœlum, terram, solem, lunam, aquas, animantium procreationes, fructuumque proventus: hæc autem à Deo, non manibus, non labore ullo, non precaria cujusquam opera, sed uno voluntatis suæ nutu perfecta continuò, proque eo ac statuerat, bonitatem sortita esse. Ad illum omnes adhærescere, unum virtutis exercitio colere oportere, quod ea cultus divini ratio sanctissima sit.

Deque eorum in sacris diligentia.

Judæorum de Deo opiniones.

Lex Dei, non facies imaginem Dei.

23. Unius Dei templum unum esse, quod simili simile delectetur; adeoque commune cum omnibus, quia Numini omnium communi sacrum. Ac sacerdotum quidem proprias ejus placandi partes esse, iis tamen unum semper aliquem præesse genere principem, qui cum aliis sacerdotibus Deo sacrificet, leges custodiat, si quid erit controversum arbitrio definiat, peractos denique reos justo supplicio coërceat.

Sacerdotum partes & officia.

g Οὓς ὁ καὶ πλεῖστον,] Οἷς ὁ πλείστῳ, οὐδέ τισιν ἄλλαις πρόχοις πλεονεξίαις, τὸ πρῶτον εὐθὺς νομοθετῆσαι ἐπὶ τὴν τιμὴν ἔταξεν Euseb. alteram tamen lectionem repræsentavit Montacutius, & sequutus est Vigerus: licet ei non displicet πλείστῳ pro καὶ πλεῖστον, cum sequatur οὐδέ τισιν.

h Τούτοις δ' ἦν] Τοῦτο δ' ἦν Euseb. altera lectio facilior. τούτῳ δ' ἦν Hafn.

i Ἁρμοζουσα;] Ita cum Eusebio. antea ἁρμόσουσα.

k Τελετῆς] Sic Vigerus post Montacutium. prius erat τελεστῆς τινος, & apud Eusebium τελεῖν ἐστι τοῦ ὅλης πολ.

l Ἀλλόφυλοι φυλάττειν] Ἄλλοι φυλάττουσιν Euseb.

m Ταῦτα] Illud ταῦτα ex Eusebio.

n Ἀμεταπείστου] Ἀμεταθέτου Euseb.

o Προρρήσεις] Ita ex Eusebio & notis Vigeri ad p. 365. antea erat προστάσεις, interrogatione adhibita post γνώριμοι, non ἀπαγορεύσεις.

p Δ' ἡγεῖται] Sic in Eusebio. δὴ γίνεται antea in Josephi libris.

q Ὁ Θεὸς ἔχει τὰ] Æschyl. sept. c. Theb. v. 120. Ζεὺς πάντες πάντας. Spanh.

r Πάντα παντελὴς] Σύμπαντα Euseb.

s Πάντων·] Ita cum Eusebio. antea erat καὶ τέλος οὗτος τῶν πάντων ἔργοις &c. Forsan scripserit Josephus καὶ τέλος οὗτος τῶν πάντων. ἔργοις &c.

t Εναργὴς,] Sic Euseb. σύναργῆσαι prius erat.

v Οὐτινοσοῦν] ὅτιν deleto οὖν Hafn.

x Ἀφανέστατος] Iterum ex Eusebio. prius ἄφατος.

y Πρὸς εἰκόνα τοῦ—πρὸς τιμήσεως] Juxta Eusebium hunc locum edidi. prius erat, πρὸς εἰκόνα τοῦ τοῦ ἀλλοτριος, κἂν ᾖ πολυτελὴς, ἄτιμος ἐστι πρὸς τὴν ἐκείνου δόξαν, καὶ πᾶσα τέχνη πρὸς μιμ.

z Οὔτ' ἴδομεν] Inseruimus hæc ex Hafn. in Reliquis abest Hav.

a Ὑδάτων,] Ita in Eusebio. antea erat πόλεμοὺς καὶ θάλασσαν.

b Οὐ χερσὶ,] Sic Euseb. prius, οὐ χερσὶν, οὐδὲ πόνοις, οὐδέ τινων.

c Συνεργασαμένων ἐπιδεηθείς] Εργασαμένων Euseb.

d Καλῶς ἦν εὐθὺς] Ita Euseb. prius καθὼς ἐβουλήθη εὐθὺς ἐγένετο.

e Κοινὸς ἁπάντων,] Antea erat κοινὸς ὁ κόσμος ἁπάντων. ὁ κόσμος κοινὸς ἀκ. Hafn. Verum ὁ κόσμος omisit Vet. Interpr. & recte ut videtur Vigero. Nam de Templo loquitur, de mundo loquutus jam erat.

f Μετὰ τῶν συνιερέων] Ita Euseb. prius erat, οὗτος μὲν πρὸ τῶν ἄλλων ἱερέων. In quodam MS. οὗτος μετὰ τῶν ἄλλων ἱερέων.

g Επ' ἀδίκῳ.] Illa ἐπ' ἀδίκῳ omittit Eusebius.

coërceat. Ei qui minus paruerit, pœnam huic luendam esse quasi adversus Deum impie fecerit. Cæterum ea sacrificiorum lex est, uti ne ipsis ad ebrietatis turpitudinem abutamur: cum enim horret id Deus, tum vero & injuriarum & luxus occasionem præbet; modica igitur, honesta, & sobria illa sint oportet, ut ii præsertim *qui sacris operam dant*, castigatam modestiam præ se ferant. Jam inter sacrificandum, in primis pro communi, tum pro sua cuique salute nuncupanda vota sunt. Cum enim ad mutuam societatem nati simus, is Deum sibi maxime conciliet, qui eam vita sua potiorem habuerit. Porro votorum ac precationum summa hæc sit, non uti beneficia nobis conferat; confert enim ille per sese, atque omnibus passim ingerit; verum ut ea cum rite accipere, tum diligenter conservare possimus. Ad extremum cui sacrificium faciendum erit, ei lex certa quædam præscribit lustrationum genera, quibus, susceptæ si quæ sint ex funere, lecto, uxoris consuetudine, & aliis plerisque rebus, quas nunc percensere longum esset, labes expientur. Atque hujusmodi nobis de Deo doctrina, & divini cultus tradita ratio est, quæ legis ipsa quoque vim obtinet.

De nuptiis. 24. De nuptiis vero quid? Eam tantum consuetudinem, quam cum uxore natura concedit, lex nostra probat, modo tamen ea prolis suscipiendæ caussa ineatur. At marium cum maribus congressiones exsecratur, ejusque flagitii reos capitali supplicio damnat. Cæterum in matrimonio, neque dotis rationem haberi, neque per vim rapi conjugem, neque dolo malo pellici vult: sed ab eo qui collocandæ potestatem habeat, postulari; sic tamen ut cognationis ratio habeatur. *Ac mulier quidem*, inquit scriptura, *viro per omnia deterior est.* Viro igitur obtemperet, non tamen contumeliæ caussa, sed ut alterius imperium ac ductum sequatur; vim enim & potestatem viro Deus concessit. Unius porro tantum, quacum conjunctus fueris, expetenda consuetudo est; alterius enim uxorem cogitare, nefas. Quod in scelus si quis inciderit, certum *ei* capitis supplicium: ut si quis aut virgini cuipiam desponsæ vim obtulerit, aut alii nuptam illexerit; liberorum quicquid susceptum erit, educari lex jubet. Vetat, ne qua mulier susceptum semen aut ejiciat, aut exstinguat: quæ secus faxit, pro liberorum interfectrice haberi vult, perinde ac si re ipsa & fœtus vitam oppresserit, & generis sui propagationem inhibuerit. Ergo si quis ad concubitum vel corruptionem stuprumque processerit, mundus esse non potest. Certe & post viri ac mulieris legitimam conjunctionem lavare ju-

Conjugii leges, pœnæque eas violantibus.

ἀδίκῳ. ὁ δέ γε τούτῳ μὴ πειθόμενος, ὑφέξει δίκην ὡς εἰς τὸν Θεὸν αὐτὸν ἀσεβῶν. θύομεν τὰς θυσίας, [h] οὐκ εἰς πλήρωσιν ἑαυτῶν καὶ μέθην. ἀβέλτερα γὰρ τῷ Θεῷ τάδε, καὶ πρόφασις ἂν ὕβρεως γένοιτο καὶ πολυτελείας· ἀλλὰ σώφρονας, εὐτάκτους, [i] εὐσταλεῖς, ὅπως μάλιστα σωφρονῶσι. καὶ ὅτι ταῖς θυσίαις, ὑπὲρ τῆς κοινῆς εὐχεσθαι δεῖ πρῶτον σωτηρίας, εἶθ' ὑπὲρ ἑαυτῶν. ὅτι γὰρ κοινωνίᾳ γεγόναμεν, καὶ ταύτῃ ὁ προτιμῶν τὸν καθ' ἑαυτὸν [k] ἰδίου, μάλιστα εἴη Θεῷ κεχαρισμένος. προσκλήσεις δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἔστω σεμνὴ τῆς εὐχῆς καὶ δέησις, οὐχ ὅπως διδῷ τὰ ἀγαθά· δέδωκε γὰρ αὐτὸς ἑκὼν, καὶ πᾶσιν εἰς μέσον καθέθηκεν· ἀλλ' ὅπως δέχεσθαι δυνώμεθα, καὶ λαβόντες φυλάττωμεν. ἁγνείας ὅτι ταῖς θυσίαις [l] διώρικεν ὁ νόμος, ἀπὸ [m] κήδους, ἀπὸ λέχους, ἀπὸ κοινωνίας τῆς πρὸς γυναῖκα, καὶ πολλῶν ἄλλων, ἃ μακρὸν ἂν εἴη [n] νῦν γράφειν. τοιοῦτος μὲν ὁ περὶ Θεοῦ καὶ τῆς ἐκείνου θεραπείας λόγος ἡμῖν ἐστιν, ὁ δ' αὐτὸς ἅμα καὶ νόμος.

κδ'. Τίνες δὲ οἱ [o] περὶ γάμων; μίξιν μόνην οἶδεν ὁ νόμος [p] κατὰ φύσιν τὴν πρὸς γυναῖκα, καὶ ταύτῃ εἰ μέλλοι τέκνων ἕνεκα [q] γίνεσθαι. τὴν δὲ πρὸς [r] ἄρρενας ἀρρένων ἐξώγκιον, καὶ θάνατος [s] τὸ ἐπιτίμιον, εἴτις ἐπιχειρήσειεν. γαμεῖν δὲ κελεύει, μὴ προϊκὶ προσέχοντας, μηδὲ βιαίαις ἁρπαγαῖς, μηδ' ἂν δόλῳ [t] καὶ ἀπάτῃ πείσαντας, ἀλλὰ μνηστεύειν παρὰ τοῦ δοῦναι κυρίου, καὶ [v] τὴν συγγένειαν ἐπιτήδειον. γυνὴ δὲ [x] χείρων, φησὶν, ἀνδρὸς [y] εἰς ἅπαντα. τοιγαροῦν ὑπακουέτω, μὴ [z] πρὸς ὕβριν, ἀλλ' ἵνα ἄρχηται· Θεὸς γὰρ ἀνδρὶ τὸ κράτος ἔδωκε. ταύτην συνεῖναι δεῖ τὴν γήμαντα μόνην· τὸ δὲ τὴν ἄλλην πειρᾶν ἀνόσιον. εἰ δέ τις τοῦτο πράξειεν, θανάτου παραίτησις, οὐτ' εἰ βιάσαιτο παρθένον ἑτέρῳ προσωμολογημένην, [a] οὔτ' εἰ πείσαιε γεγαμημένην· τέκνα τρέφειν ἅπαντα προσέταξε καὶ γυναικὶν ἀπεῖπεν, μήτ' ἀμβλοῦν τὸ σπαρὲν, μήτε διαφθείρειν· [b] ἀλλὰ νὴ φανείη, τεκνοκτόνος ἂν εἴη ψυχὴν ἀφανίζουσα, καὶ τὸ γένος ἐλαττοῦσα. τοιγαροῦν εἴ τις ὅτι [c] λέχος ἢ φθορὰν παρέλθοι, καθαρὸς εἶναι [d] οὐ δύναται. ἢ καὶ μετὰ τὴν νόμιμον συνουσίαν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἀπλούσασθαι κελεύει ὁ νόμος. ψυχῆς τε γὰρ

h Οὐκ εἰς πλήρωσιν ἑαυτῶν & μέθην.] Οὐκ εἰς μέθην ἑαυτοῖς. ἄοκλητον γὰρ τῷ Θεῷ τόδε *Euseb.*

i Εὐσταλεῖς,] Sic *Euseb.* antea εὐγενεῖς, minus recte: & dein, ὅπως δὲ μάλιστα θυοῦντες σωφρονῶμεν. ἐπὶ ταῖς θυσίαις.

k Ἰδίου,] Ita *Euseb.* & hic & in sequentibus, prius erat βίου, μάλιστα τῷ Θεῷ. dein v. 30. καὶ δέησεως· οὐχ ὅπως δῷ.

l Διώρικεν ὁ νόμος,] Antea διωρικεν. utrumque probari potest.

m Κηδους,] Ita *Euseb.* rectius multo (ut existimat *Vigerius*) quam ut apud *Josephum* κοιτης, sequitur enim λέχους.

n Νῦν γραφειν.] Illud νυν ex *Eusebio.*

o Περι γαμων;] Περι γαμων νομοι *Euseb.* minus recte ut videtur *Vigero*, subintelligendum enim λογοι, & proxime sequitur μιξιν μονην οιδεν ὁ νομος.

p Κατα φυσιν] Την κατα φυσιν *Euseb.*

q γινεσθαι.] γιγνεσθαι *Hafn.*

r Αρρενας ἀρρενων εξυγκιον,] Inseritur nunc media vox ἀρρενων auctoritate *Cod. Hafn.* HAV.

s Τὸ ἐπιτιμιον,] Ita *Euseb.* prius τοπιτιμιον οι ἐπιχ. τοπιτιμιον *Hafn.*

t Καὶ ἀπατῃ πεισαντας,] Καὶ δι' ἀπατος *Euseb.*

v Κατα συγγενειαν ἐπιτηδειον.] Sic *Euseb.* prius erat μετ συγγενειαν την ἐπιτηδειον.

x Χειρων,] Ita *Euseb.* antea χειρον.

y Εις απαντα.] Antea post εις ἅπαντα habuimus, Καὶ ἡ πον. αὐτ. ὑπ. ἀγαθ. γυναικ. (non versa ab Interprete, πονηρια ibi pro *labor*, *solicitudo*. sic πονηρον ἐπιπονον Eustath. in Nicom. Aristotel. p. 434. SPANH.) καὶ ἡ πονηρια αὐτοῦ ὑπερ ἀγαθοποιοῦ γυναικος & *omnis viri solicitudo est*, *ut mulierem beneficam reddat*, prout verba interpretatur *Ex Spanhemius* in notis ad *Aristophanem*, p. 250. Verum cum ea non agnoscat *Vet. Interp.* ejecta esse volumus: utpote quæ ex *Ecclesiastico* c. XLII. v. 14. desumpta temeraria Librarii manu huc irrepserint, uti recte post *Pithœum* observavit *Cosinus Episc. Dunelmensis* in *Scholastica Hist. Canonis S. Scripturæ*, p. 20. Istis adde Cl. *Huetium* in *Demonstr. Evangel.* prop. IV. §. XI.

z Προς υβριν, ἀλλ' ἵνα ἀρχηται.] Ita ex *Eusebio* & *Vet. Interp.* antea erat μη προς υβριν ταυθ' ἡγουμενη.

a Οὔτ' εἰ πεισαιε—μητε διαφθειρειν.] Iterum ex *Eusebio.* prius erat, οὔτ' εἰ πεισειε γεγαμημενην, ἢ τεκνοτροφουσαν. ἃ πατα προσεταξεν ὁ νομος, & γυναικὶν ἀπειπεν, μητ' ἀμφιβαλλειν ποτε ἐν τινι τῶν αὐτοῦ, (αὐτοῦ *Hafn.*) μητε διαφθειρειν. *vel hæsitare aliquando in quopiam eorum quæ in illis concepta sunt. Seldenus* (in lib. IV. De *Jure Nat. & Gentium*, cap. 1. p. 465.) ad hunc modum legit, πεισειε γεγαμημενην. τεκνα τρεφειν απαντα προσεταξε νομος, μητε ἀπαμβλοῦν πε&c. *Si quis nuptam pellexerit* [*in concubitum*] *liberos nutrire universos præcepit lex, & mulieribus abortivum facere interdixit fœtum sibi aliquem, aut eum exstinguere.*

b Αλλα νη φανειη,] Sic *Euseb.* antea, ἀλλὰ μηχανῇ τινι προσεπιοῦσα αὐτῷ [pro quibus legit *Cotelerius* (in *Notis* ad *Constitutiones Apostolicas* lib. 7. c. 3.) ἢ ἄλλῃ μηχανῇ τινι προσεκθεσοῦσα αὐτὸ, *aut alia quapiam machinatione exponere*] τεκνοκτονος ἂν εἴη, ψυχ.

c Λέχος ἢ φθορὰν παρέλθοι,] Επὶ λέχους φθορὰν *Euseb.*

d Οὐ δυναται.] Locum ad hunc modum repræsentat. *Euseb.* τοτε προσήκει. & μετ. τ. ν. σ. ἀ. κ. γυναικος ἀπλουσασθαι, ψυχῆς ἔχει τοῦτο μερισμον προς ἄλλο χωραν ὑπολαβοι. καὶ δι' ἐμφυσωσι σώμασι κακοπαθεῖ, καὶ τουτων αὖ πάλιν θανατῳ διαχρωνται. διοτερ &c.

e Επι-

γὰρ καὶ σώματος ἐγγίνεται μολυσμὸς, ὡς πρὸς ἄλλην χώραν ὑποβαλόντων. καὶ γὰρ ἐμφυομένη σώμασι κακοπαθεῖ ἡ ψυχὴ, καὶ τούτων αὖ πάλιν ὡς θανάτῳ ἀφαχριθεῖσα. διὸ καὶ ἁγνείας [a] ἐπίτασιν τοῖς τοιούτοις προσέταξεν.

κε'. Οὐ μὴν οὐδ' ἐπὶ ταῖς τῶν παίδων γενέσεσιν [b] ἐπέτρεψεν εὐωχίας συνάγειν, καὶ προφάσεις ποιεῖσθαι μέθης· ἀλλὰ σώφρονα τὴν ἀρχὴν [c] εὐθὺς [d] τροφῆς ἔταξε καὶ γράμματα παιδεύειν [e] ἐκέλευσε, πρός τε τοὺς νόμους ἀνατρέφεσθαι, καὶ τῶν προγόνων τὰς πράξεις ἐπίστασθαι. τὰς μὲν ἵνα μιμῶνται, τοῖς δ' ἵνα συνεξερόμενοι, μήτε παραβαίνωσι, μήτε σκῆψιν ἀγνοίας ἔχωσι.

κς'. [i] Τῆς δ' εἰς τοὺς τελευτηκότας [k] προνοήσεν ὁσίας, οὔτε [l] πολυτελείαις ἐνταφίων, οὔτε κατασκευαῖς μνημείων ἐπιφανῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς τὴν κηδείαν [m] προσέταξε τοῖς οἰκειοτάτοις ἐπιτελεῖν. πᾶσι δὲ τοῖς [n] παριοῦσι θαπτομένου τινὸς, καὶ [o] συνελθεῖν καὶ συναποδύρασθαι [p] ἐποίησε νόμιμον. [q] καθαίρειν δὲ καὶ τὸν οἶκον καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀπὸ [r] κήδους· ἵνα πλεῖστον ἀπέχῃ τοῦ [s] δοκεῖν καθαρὸς εἶναί τις φόνον ἐργασάμενος.

κζ'. Γονέων τιμὴν μετὰ τὴν πρὸς Θεὸν δευτέραν ἔταξε, καὶ τὸν οὐκ ἀμειβόμενον τὰς παρ' αὐτῶν χάριτας, ἀλλ' εἰς ὁτιοῦν [t] ἐλλείπουτα, λευσθησόμενον πρεσβεύσει. καὶ πανὸς τοῦ [v] πρεσβυτέρου τιμὴν ἔχειν τοὺς νέους φησὶν, ἐπεὶ πρεσβύτατον ὁ Θεός. κρύπτειν οὐδὲν ἐᾷ πρὸς φίλους. οὐ γὰρ εἶναι φιλίαν τὴν μὴ πάντα πιστεύουσαν. κἂν συμβῇ δέ τις ἔχθρα [x] τούτων ἀπόρρητα [y] λέγειν κεκώλυκε. δικάζων εἰ δῶρά τις λάβοι, θανάτῳ ἡ ζημία. πενιχρῶν [z] ἱκετεύω, βοηθεῖν ἐνὸν, ὑπεύθυνος. ὁ μὴ κατεθέμενός τις, οὐκ ἀναιρήσεται. τῶν ἀλλοτρίων [a] οὐδενὸς ἅψεται. [b] δανείσας, τόκον οὐ λήψεται. ταῦτα, καὶ πολλὰ τούτοις ὅμοια, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν συνέχει κοινωνίαν.

κη'. Πῶς δὲ καὶ περὶ τῆς [c] πρὸς ἀλλοφύλους ἐπιεικείας ἐφρόνησεν ὁ νομοθέτης, ἄξιον ἰδεῖν. φανεῖται γὰρ ἄριστα πάντων προνοησάμενος, ὅπως μήτε τὰ οἰκεῖα παραφθείρωμεν, μήτε φθονήσωμεν τοῖς μετέχειν τῶν ἡμετέρων προαιρουμένοις. ὅσοι μὲν γὰρ [d] θέλουσιν ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν νόμους [e] ζῆν ὑπελθόντες, δέχεται φιλοφρόνως· οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προαιρέσει γνήσιον νομίζων εἶναι τὴν οἰκειότητα. τοὺς δ' ἐκ παρέργου προσιόντας, ἀναμίγνυσθαι [f] ταῖς συνηθείαις οὐκ ἠθέλησε.

κθ'. Τἄλλα δὲ προείρηκεν, ὧν ἐστιν ἡ μετάδοσις ἀναγκαία· πᾶσι παρέχειν τοῖς δεομένοις τοῦ,

bet lex. Animæ siquidem & corporis pollutio innascitur, velut quasi ad aliam regionem animam demittant. Enim anima corporibus insita male habet, atque ab iis iterum per mortem velut secernitur. ideoque puritatis augmentum præcepit.

25. Jam nec liberorum natalitia lautioribus conviviis celebrari voluit, ne ebrietati color inde aliquis quæreretur: sed eos ab ipsa jam ætate ineunte cum ad moderatum victum assuescere, tum literis informari, legisque præcepta simul, & res majorum præclaras edoceri: ut harum ad imitationem excitentur, illa vero cum ipso lacte combibentes, nec deinceps violare conentur, nec eorum ignorationem excusare possint. *Nominalia non celebrabat.*

26. Defunctorum etiam justis ita prospexit, ut neque profusis sumptibus, neque illustrium sepulchrorum apparatu luxus aleretur: sed quæ funeri necessaria forent, ea propinquioribus perficienda mandarentur. & quicunque dum cadaver efferretur, illac iter haberent, ii ut ad funebrem sese pompam comparent, lachrymasque suas adjungerent. Domum præterea familiamque lustrari à funere voluit, ut ex eo jure quivis intelligeret, quam ille contaminatus haberetur, qui cædem fecisset. *Defunctorum cura.*

27. Liberorum erga parentes observantiam secundum à Dei cultu locum tenere jussit: & qui mutuam eorum beneficiis gratiam referre ulla in re neglexerit, eum lapidibus obruendum esse statuit. Junioribus suum erga seniores, quia omnium antiquissimus Deus, honorem imperavit. Amicis occultum mutuo nihil esse patitur, quod nulla ea sit amicitia, quæ amicorum fidei omnia non credat. Quod si postea suboriantur inimicitiæ, eorum tamen arcana vulgari prohibet. Judex si munera acceperit, morte mulctatur. Qui supplicem, cui præsto esse potuisset, neglexerit, reus est. Quod non deposueris, auferre non licet. Alieni quicquam attingere nemo potest; nemo fœnus pro mutuo exigere. His multisque aliis vinculis mutua inter nos societas continetur. *Honor parentum.* *Civilia officia.*

28. Sed & operæ pretium fuerit videre, qua nos erga extraneos æquitate noster hic legislator esse voluerit. Quivis enim intelligat, omnium optime ab eo provisum id fuisse, uti nec patriorum ipsi rituum integritatem labefactemus, nec eorum communionem rerum nostrarum cupidis invideamus. Quotquot enim legibus nostris vivere optaverint, omnes peramanter excipit, utique non solo genere, sed etiam voluntaria instituti societate communionem istam contineri ratus. Qui vero non nisi obiter ad nos, atque aliud agentes accederent, eos in consuetudinem penitus admitti noluit. *Humanitas erga peregrinos.*

29. Cæterum alia edixit, quorum omnino copiam fieri necesse est: cujusmodi sunt, indi-gen-

e Ἐπίτασιν] Apud *Eusebium* ἐπὶ πᾶσι, probante *Vigero.*

f Ἐπέτρεψεν εὐωχίας συνάγειν,] Ἐπέτρεψεν εὐωχίαν συνιέναι *Euseb.* utrum horum mavis, elige.

g Εὐθὺς τῆς τροφῆς ἔταξε] Ita ex *Eusebio.* illa τῆς τροφῆς ἔταξε deerant apud *Josephum*, quæ tamen sensus integritas requirit.

h Ἐκέλευσε,] Ἐκέλευσε τὰ περὶ τοὺς νόμους, καὶ τὴν περ. *Euseb.*

i Τῆς δ' εἰς τοὺς τελευτηκότας] Τῆς εἰς τοὺς τελ. *Euseb.* non ita recte.

k Προνοήσεν] προνόησεν.

l Πολυτελείαις ἐνταφίων,] Ita *Euseb.* prius πολυτελείας & mox κατασκευὰς μνημ.

m Προσέταξε τοῖς οἰκειοτάτοις] Ἔταξε *Euseb.*

n Παριοῦσι θαπτομένου] Ita *Euseb.* antea παριοῦσι. quod forsan pro vera lectione habendum.

o Συνελθεῖν] Προσελθεῖν *Euseb.*

p Ἐποίησε νόμιμον.] Ἐποίησε νόμιμον non agnoscit *Euseb.*

q Καθαίρειν] Ita *Euseb.* prius erat, καθαιρεῖσθαι κελεύει τοὺς ἐνοικοῦντας.

r Κήδους] Post κήδους in *Editis Josephi* sequebantur καὶ τὸν μετελθόντα δι' βίου, quæ idcirco omisi, quod ea omiserint *Vet. Interpr.* & *Eusebius.*

s Δοκεῖν καθαρὸς εἶναί] Ita ex *Eusebio.* prius erat, δοκεῖν αὐτοὺς καθαροὺς εἶναι, τὸν ὁ φόνον ἐργασάμενον, ἢ ἑκὼν ἢ ἄκων, ἐὰν τὴν πρὸς τούτοις ἀποστύπωσιν ἂν ἐκείνοις, γονέων τ.

t Ἐλλείπουτα,] Iterum cum *Eusebio.* antea ἀκκλίνοντα λιθοβοληθόμενον παραδείγματος κελεύει ἐπὶ πάντων &c.

v Πρεσβυτέρου] Sic *Euseb.* prius πρεσβυτέρου — sine vocula φησὶν.

x Τούτων ἀπόρρητα] Iterum cum *Eusebio.* antea τὸ λέγειν.

y Λέγειν κεκώλυκε.] Prius παραλέγειν κεκώλυκεν.

z Ἱκετεύω, βοηθεῖν ἐνὸν, ὑπεύθυνος.] Rursus ex *Eusebio.* perperam in *Editis Josephi*, πενιχρῶν βοηθεῖν εἰδοῖς ὑπεύθυνος. πενιχρῶν καὶ βοηθεῖν εἰ οἷς ὑπ. *Hafn.*

a Οὐδενὸς ἅψεται.] Sic *Euseb.* antea οὐκ ἅψεται.

b Δανείσας, τόκον] Vid. infr. de Maccab. §. 3. de usuris apud Judæos veritis. SPANH.

c Πρὸς ἀλλοφύλους] Iterum ex *Euseb.* prius εἰς τοὺς ἀλλ.

d Θέλουσιν] Ἐὰν θέλωσι *Euseb.* Forsan ἂν θέλωσι.

e Ζῆν ὑπελθόντες,] Sic *Euseb.* prius ζῆν, ὑπελθοντας δέχεται φ. quod dubito an rectius sit.

f Ταῖς συνηθείαις οὐκ ἠθέλησε.] Τῇ συνηθείᾳ *Euseb.*

g Ἐπιτι-

gentibus ignem, aquam, cibumque suppetere, monstrare viam, insepultum neminem præterire. *Belli leges.* Imo suam quoque adversus hostes appellatos æquitatem constare voluit. dum nec illorum agros igne vastari, nec mites arbores succidi permisit: sed & eos, qui in acie cecidissent, à victoribus spoliari prohibuit. Et captivos, maximeque mulieres, ab injuriis vindicavit. Ac nos ita ad mansuetudinem & humanitatem repetitis longius præceptis condocefecit, ut ne brutarum quidem animantium curam neglexerit. Nam ubi à legitimo, quem unum concedit, earum usu discesseris, omni alio interdixit. Si quæ supplicum instar nostras in ædeis confugerint, eas interfici vetuit: aut parentes cum pullis è nido tolli, aut animantes illas, quarum opera homines uti solent, etiam in hostili solo mactari noluit. Tantopere benignitati consultum esse cupiebat: partim ferendis iis, quæ adhuc commemoratæ sunt, quæque ad morum informationem pertinent, legibus; partim aliis sanciendis, quibus in superiorum violatores, citra excusationem omnem, pœnæ statuuntur.

De sanctitate colenda & justitia. 30. Pœnam enim capitis ei proposuit qui adulterium patraverit; qui puellæ vim attulerit; qui vel marem de stupro appellare ausus, vel appellanti sponte obsequutus erit. Exstat etiam de servis lex ejusmodi, quam deprecari nemo queat. De mensuris item atque ponderibus, si quis flagitium commiserit, aut injuste quidpiam doloque malo vendiderit: qui vel ex rebus alienis furatus aliquid fuerit, vel quod abs se depositum esset abstulerit. *Pœnarum severitas apud Judæos.* pœnæ omnium sunt non quales utique apud cæteros obtinent, sed quas summa fere severitas postulabat, constitutæ. Nam aut de parentum injuria, aut in Deum impietate, qui vel cogitarit, is ad mortem continuo rapitur. Jam qui legis ad præcepta rebus in omnibus adhærescunt, iis præmium est, non argentum, vel aurum, non corona ex oleastro, vel apio, aut aliquid ejusmodi *Præmia obedientium legi.* præconium: sed conscientiæ quisque suæ testimonio freti, quod & legislator prædixit, & Deus certissimæ fidei pignore confirmavit, futurum omnino credunt, ut illis qui leges constanter servaverint, proque eis, si opus sit mori, libenter strenueque mortem susceperint, & novum deinceps ortum, & vitæ vicissim alterius longeque melioris fructum Deus largiatur. Quæ sane scriberem ipse nunquam, nisi ex factis cognitum id omnibus intelligerem, hominum plerosque nostrorum, sæpiuscule, ne vel una sibi contra legem vocula excideret, omnia fortiter pertulisse.

Duratio legum apud Judæos. 31. Quod si non usque adeo in hominum cognitionem gens nostra venisset, neque singulare voluntatis studium, quo legibus obsequimur, in eorum oculis ac luce versaretur, si quis exsisteret, qui vel instituta nostra, quæ descri-

ὕδωρ, τροφὴν, ὁδὸς φράζειν, ἄταφον μὴ προιεσθαι. [g] Ἐπειικῆ δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους κριθέντα εἶναι. οὐδὲ γὰρ ἐᾷ τὴν γῆν αὐτῶν πυρπολεῖν, οὐδὲ [h] κόπτειν ἥμερα δένδρα συγκεχώρηκεν· ἀλλὰ καὶ σκυλεύειν ἀπείρηκε τοὺς [i] ἐν μάχῃ πεσόντας. καὶ τὰ αἰχμαλώτων πρενόησεν, ὅπως αὐτῶν ὕβρις ἀπῇ, μάλιστα δὲ γυναικῶν. [k] οὕτως ἡ ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἡμᾶς ἐπαίδευσεν, ὡς [l] οὐδὲ τὰ ἀλόγων ζώων ὠλιγώρηκεν. [m] ἀλλὰ [n] μόνην μὲ ἀφῆκε τούτων χρησιν τὰ νόμιμον, πᾶσαν δ' ἑτέραν ἐκώλυσεν. ἃ δ' ὥσπερ ἱκετεύοντα [o] προσφεύγα ταῖς οἰκίαις, ἀπεῖπεν ἀνελεῖν. οὐδὲ νεοσσοῖς [p] ἐπέτρεψε τοὺς γονέας αὐτῶν συνεξαίρειν. [q] φείδεσθαι δὲ καὶ τῇ πολεμίᾳ τῶν ἐργαζομένων ζώων, καὶ μὴ φονεύειν. οὕτω πανταχόθεν τὰ πρὸς ὀπτείκειαν προσεκέφαλο, διδασκαλικοῖς μὲν τοῖς προειρημένοις χρησάμενος νόμοις· τοὺς δ' αὖ κατὰ τῶν παραβαινόντων τιμωρητικοὺς τάξας [r] ἄνευ προφάσεως.

λ'. Ζημία γὰρ ὀπὶ τοῖς πλείστοις τῶν παραβαινόντων [s] ἐστὶ θάνατος, ἂν [t] μοιχεύσῃ τις, ἂν βιάσῃ κόρῃν. ἂν ἄρσενι τολμήσῃ πεῖραν προσφέρειν, ἂν ὑπομείνῃ παθεῖν [v] πειραθείς. ἔστι δὲ καὶ ὀπὶ δούλοις ὁμοίως ὁ νόμος ἀπαραίτητος. ἀλλὰ καὶ περὶ μέτρων [x] εἴτις κακουργήσειεν, ἢ σταθμῶν, ἢ περὶ πράσεως ἀδίκου καὶ δόλῳ γενομένης, κἂν ὑφέλῃταί τις ἀλλότριον, κἂν ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέλῃ. πάντων εἰσὶ κολάσεις, οὐχ οἷαι παρ' ἑτέροις, ἀλλ' ὀπὶ τὸ μεῖζον. περὶ μὲν γὰρ γονέων ἀδικίας, ἢ εἰς τὸν Θεὸν [y] ἀσεβείας, [z] κἂν μέλλῃ τις, εὐθέως ἀπόλλυται. τοῖς μέντοιγε κατὰ τοὺς νόμους πάντα πράττουσι, τὸ γέρας ἐστὶν οὐκ ἄργυρος, οὐδὲ χρυσὸς, [a] οὐ μὴν οὐδὲ κόλινου στέφανος, ἢ σελίνου, καὶ τοιαύτη τις ἀνακήρυξις, ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ τὸ συνειδὸς ἔχων μαρτυροῦν, πεπίστευκε τοῦ μὲν νομοθέτου προφητεύσαντος, τοῦ δὲ Θεοῦ τὴν πίστιν ἰσχυρὰν παρεσχηκότος, ὅτι τοῖς τοὺς νόμους ἀναφυλάξασι, κἂν εἰ δέοι θνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν προθύμως [b] ἀποθανοῦσιν, ἔδωκεν ὁ Θεὸς γενέσθαι τε πάλιν, καὶ βίον ἀμείνω λαβεῖν ἐκ πειτροπῆς. ὤκνουν δ' ἂν ἐγὼ νῦν ταῦτα γράφειν· εἰ μὴ ἀφ' τῶν ἔργων ἅπασιν ἦν φανερὸν, ὅτι πολλοὶ καὶ πολλάκις ἤδη τῶν ἡμετέρων, περὶ τοῦ μηδὲ [c] ῥῆμα φθέγξασθαι παρὰ τὸν νόμον, πάντα παθεῖν γενναίως [d] προείλοντο.

λα'. [e] Καίτοιγε εἰ μὴ συμβεβήκει γνώριμον ἡμῶν τὸ ἔθνος ἅπασιν ἀνθρώποις ὑπάρχειν, κἂν φανερῶς κεῖσθαι τὴν ἐθελοδούλειαν ἡμῶν τοῖς νόμοις ἀκολουθίαν, [f] ἀλλά τις ἢ συγγράψαι λέγων αὐτὸς

g Επιεικῆ δὲ καὶ τὰ—κριθέντα εἶναι.] Επιεικεῖς δ. κ. π. τ. π. κριθέντας εἶναι *Euseb.*

h Κόπτειν ἥμερα δένδρα συγκεχώρηκεν] Τέμνειν *Euseb.*

i Εν μάχῃ πεσόντας.] Εν τῇ μάχῃ πεσ. *Euseb.*

k Οὕτως δὲ ἡμερότητα] Plenius in *Editis Josephi*, οὕτω δ πόρρωθεν ἡμ. καὶ φιλ. διδάσκειν ἡμᾶς ἐσπεύδασιν. quæ si quis malit, per me licet.

l Οὐδὲ τὰ ἀλόγων ζώων] Ως μηδὲ τὰ ἀλόγων ζώων ὀλιγωρεῖν *Euseb.* οὕτε *Hafn.*

m Αλλὰ] Ita ex *Eusebio.* prius erat, ἀλλὰ μόνον τῶν μὲ ἀφῆκεν τούτων χρῆσιν τὴν νομομισμένην πᾶσιν, τὴν δ' ἑτέραν ἀκώλ.

n Μόνην] μόνων *Hafn.*

o Προσφεύγα ταῖς οἰκίαις,] Iterum ex *Eusebio.* prius erat. ὅσα δ' ὡς ἱκ. προσφύγ ταῖς οἰκείαις.

p Επίτρεψε τοὺς γονέας αὐτῶν] Sic *Euseb.* antea ἐπέτρεπε.

q Φείδεσθαι] Rursus ex *Eusebio.* prius erat, φείδεσθαι δ πολεμίου, κἂν ἡ πολεμία, τῶν συνεργαζομένων ζώων.

r Ανευ προφάσεως.] Οὐκ ἄνευ προφάσεως *Euseb.*

s Εστὶ θάνατος,] In *Eusebio* ὁ θάνατος.

t Μοιχεύσῃ τις,] Ita *Euseb.* prius μοιχεύῃ τις.

v Πειραθείς.] In *Euseb.* ὁ πειραθείς.

x Εἴτις κακουργήσειεν,] Η τις *Euseb.* & mox ἢ περὶ πράσ.

y Ασεβείας,] Ita *Euseb.* prius εὐσεβείας. *Gen.* ἐυσεβείας, vel ἀσεβ. SPANH.

z Κἂν μέλλῃ τις,] Sic *Euseb.* antea κἂν μελλήσῃ τις.

a Οὐ μὴν οὐδὲ κόλινου—πεπίστευκε] Sequentia quidem juxta *Eusebium* repræsentavi: cum in *Josephi* libris verba hujusmodi habuerimus, οὐ μὴν οὐδὲ ὁ ἀφάλιθος στέφανος, ἀλλὰ τὸ ὑπερβάλλον (ὑπεροαῖνον *Hafn.*) ἀπαθὲς τοῦ γήινα, καὶ Θεοῦ ἐγγὺς τὸ [Θεοῦ] φίλον εἶναι. καὶ ὡς ἡ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς τοιαύτη ἡ ἀνακήρυξις. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ τὸ συνειδὸς ἔχων μ. quorum nihil fere agnoscit *Vet. Interpr.*

b Αποθανοῦσιν,] Αποθανεῖν antea. minus recte.

c Ῥῆμα] Ita *Euseb.* μηδὲ ῥῆμα μόνον in exemplaribus *Josephi.*

d Προείλοντο. Antea ὑπέστησαν.

e Καίτοιγε] Iterum cum *Eusebio.* κἂν τί τι μὴ συμβεβήκει in *Josephi* libris.

f Αλλά τις ἢ συγγράψαι λέγων αὐτὸς] Ita *Euseb.* prius, ἢ συγγραφεὺς λέγων αὐτὸς ἀνεγ. ἢ συγγραφὲς &c. *Hafn.*

τὸς ἀνεγίνωσκε τοῖς Ἕλλησιν, ἢ πω γε τοιλυχεῖν ἔξω τῆς [g] γινωσκομένης γῆς ἔφασκεν ἀνθρώποις, τοιαύτην μὲν ἔχουσι δόξαν [h] οὕτω σεμνὴν περὶ τοῦ Θεοῦ, τοιούτοις δὲ νόμοις πολὺν αἰῶνα βεβαίως ἐμμεμενηκότι· πάντας ἂν οἶμαι θαυμάσαι, πρὸς τὰς συνεχεῖς παρ' αὐτοῖς μεταβολάς. [i] ἀμέλει τὴν γράψαι τι παραπλήσιον εἰς πολιτείαν καὶ νόμους ὁπηχειρησάντων, ὡς θαυμαστὰ συνθέντων καὶ ηγορεῦσι, φάσκοντες [k] αὐτοὺς λαβεῖν [l] ἀδυνάτους ὑποθέσεις. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους παραλείπω φιλοσόφους, ὅσοι τι τοιοῦτον καὶ τοῖς συγγράμμασιν ἐπραγματεύσαντο. Πλάτων δὲ θαυμαζόμενος παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς καὶ σεμνότητι βίου διενεγκὼν καὶ δυνάμει λόγων, καὶ πείθοι πάντας ὑπαράρας τοὺς καὶ φιλοσοφίᾳ γεγονότας, ὑπὸ τῶν φασκόντων [m] δεινῶν εἶναι τὰ πολιτικὰ, μικρῶ δεῖν χλευαζόμενος, καὶ κωμῳδούμενος παρατελεῖ. [n] καίτοι τάχειν σκοπῶν [o] συχνῶς τις, ἂν εὕροι ῥᾴονα ὄντα καὶ τὰς τῶν πολλῶν [p] ἔγγιον συνηθείας. αὐτὸς δὲ Πλάτων ὡμολόγησεν, ὅτι τὴν ἀληθῆ περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν εἰς τὴν τῶν ὄχλων ἄγνοιαν οὐκ ἦν ἀσφαλὲς ἐξενεγκεῖν. ἀλλὰ τὰ μὲν Πλάτωνος [q] λόγους τινὰς εἶναι [r] κενοὺς νομίζουσι, καὶ πολλὴν [s] ἐξουσίαν κεκαλλιγραφημένους· μάλιστα δὲ τὸν νομοθέτην Λυκοῦργόν τε [t] θαυμάζουσι, καὶ τὴν Σπάρτην ἅπαντες ὑμνοῦσιν [v] ὅτι τοῖς ἐκείνου νόμοις ὅλῃ πλεῖστον ἐκεχαρίσθησαν. οὐκοῦν [x] τοῦτο μὲν ὁμολογείσθω τεκμήριον ἀρετῆς εἶναι, τὸ πείθεσθαι τοῖς νόμοις. οἱ δὲ Λακεδαιμονίους θαυμάζοντες, τὸν ἐκείνων χρόνον [y] ἀντιπαραβαλλόντων τοῖς πλείοσιν ἢ διχιλίοις ἔτεσι τὴν ἡμεδέρας πολιτείας, καὶ προσέτι λογιζέσθωσαν, ὅτι Λακεδαιμόνιοι μὲν ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς χρόνον εἶχον τὴν ἐλευθερίαν, ἀκριβῶς ἔδοξαν τοὺς νόμους φυλάττειν. ἐπεὶ μέντοι περὶ αὐτοὺς ἐγένοντο μεταβολαὶ τῆς τύχης, μικρῶ δεῖν ἁπάντων ἐξελάθοντο τῶν νόμων. ἡμεῖς δ' ἐν τύχαις μυρίαις γεγονότες, πρὸς τὰς τῶν βασιλευσάντων τῆς Ασίας μεταβολὰς, [z] οὐδ' ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν δεινῶν τοὺς νόμους [a] προὐδόμεθα, οὐκ ἀργίας οὐδὲ τροφῆς αὐτοὺς χάριν περιέποντες· ἀλλ' εἴτις ἐθέλοι σκοπεῖν, πολλῷ τινι τῆς δοκούσης ὑπιτέλαχθαι Λακεδαιμονίοις [b] καρτερίας, μείζονας ἄθλους καὶ πόνους ἡμῖν [c] ὑπιτιθέντας, οἱ μέν γε μήτε γῆν ἐργαζόμενοι, μήτε περὶ τέχνας [d] πονοῦντες, ἀλλὰ πάσης ἐργασίας ἄφεροι, λιπαροὶ, καὶ τὰ σώματα πρὸς κάλλος ἀσκοῦντες, ὑπὲρ τῆς πόλεως δίηγον· ἄλλοις ὑπηρέταις πρὸς ἅπαντα τὰ τοῦ βίου χρώμενοι, [e] καὶ τὴν τροφὴν ἑτοίμην παρ' ἐκείνων λαμβάνοντες. [f] ἐφ' ἣν δὴ τοῦτο μόνον τὸ καλὸν ἔργον καὶ φιλάνθρωπον, ἅπαντα καὶ πράττειν καὶ πάσχειν ὑπομένοντες, τὸ κρατεῖν πάντων ἐφ' οὓς ἂν στρατεύσωσιν· ὅτι δὲ μηδὲ τοῦτο κα-

pta abs sese diceret, Græcis audientibus recitaret, aut extra noti orbis terminos, in eos se alicubi homines incidisse narraret, qui cum tam graviter ac sublime de Deo sentirent, tum etiam iis legibus plura jam sæcula constantissime viverent: equidem in summa omnes admiratione tum futuros existimo, cum iis simul tam crebrarum apud le conversionum in mentem veniret. Enimvero qui ex illis simile quiddam de rep. & legibus scribere conati sunt, eos quasi monstra quædam ac prodigia composuissent, & argumenta humanis viribus majora suscepissent, reprehendi ab omnibus & accusari videmus. Alios philosophos prætereo, qui in simili disputationis genere versati sunt. Plato certe quidem, is qui propter singularem vitæ morumque gravitatem, & eximiam dicendi ac persuadendi vim, qua philosophorum nationem longe superavit., Græcorum omnium ore ad miraculum usque celebratur: ille, inquam, Plato, eorum qui aliquid se in rep. gerenda videre arbitrantur, risu prope ac sibilis tanquam in theatro traducitur. cujus tamen si quis hac de re scripta diligenter evolverit, is molliora pleraque, vulgique consuetudini gemina reperiet. Nam ipse quidem ita profitetur, veram de Deo sententiam multitudinis stultitiæ secure committi non posse. Cæterum ista Platonis instituta, sunt quibus verba tantum inania, & exquisito quodam artificio contexta videantur. At Lycurgum quod attinet, illum maxime omnium legislatorum in admiratione habent, Spartamque omnes prædicant, quod ejus in legibus diutissime acquieverit. Ergo primum hoc habemus, virtutis argumento esse, quod legibus obtemperent. Deinde præcones isti Lacedæmoniorum, exiguum illorum constantiæ tempus cum duobus & amplius reip. nostræ annorum millibus conferant, tum ita secum ipsi reputent; Lacedæmonios quamdiu solum antiquam libertatem retinere potuerunt, suarum quoque legum retinentes fuisse: ubi enim fortunæ inclinationes factæ essent, tum earum simul omnem prope memoriam abjecisse. cum interea nos infinitis casibus, ob frequentes regum Asiæ mutationes jactati, ne supremis periculis, nostras unquam leges prodidimus; non ut in otio viveremus aut luxuriæ nosmet daremus eas observantes: * sed, si quis considerare voluerit, multo majora nobis certamina & opera imposita esse videbit, quam sit illa tolerantia, quæ Lacedæmoniis jussa esse censetur. Illi quippe neque agrum colentes, neque circa opificia sese exercentes, sed ab omni opere vacui, pingues, & corpora ad pulchritudinem exercentes in civitate degebant, aliis ministris ad omnia vitæ necessaria utentes, & cibum paratum ab illis accipientes. Quam sane ob rem, id quod solum opus bonum & humanum, omnia facere & pati sustinent, ut victoriam in bello reportent. Quod autem ne hoc qui-

De Platone.

De Lycurgo.

De Spartanis.

[g] Γινωσκομένης] Sic *Euseb.* antea γινομένης.

[h] Οὕτω σεμνὴν] Iterum cum *Euseb.* prius ὡς οὕτω.

[i] Ἀμέλει τὴν γράψαι—καθηγοῦσι,] Rursus juxta *Eusebium.* in *Josephi* exemplaribus, ἀμελεῖ τὴν γράψαι παρ' Ἕλλησι (παραπλήσιον εἰς *Hafn.*) πολιτείας καὶ νόμους ἐπιχειρησάντων, ὡς θαυμαστὰ συνθέντων καὶ καθηγοῦσι. (abest καὶ *Hafn.*)

[k] Αὐτοὺς] αὐτοῖς *Hafn.*

[l] Ἀδυνάτους ὑποθέσεις.] Ἀθανάτους *Euseb.*

[m] Δεινῶν εἶναι τὰ πολιτικὰ,] Sic *Euseb.* prius δεινοὺς εἶναι. utrumque ferri potest.

[n] Καίτοι τάχειν σκοπῶν] Apud *Eusebium*, καίτοι τοιαύτην σκόπιον συχνῶς τις ἂν εὕροι ῥᾴον καὶ τὰς τῶν πολλῶν ἔγγιον συνηθείας.

[o] Συχνῶς τις,] Ita quoque *Hafn.*

[p] Ἔγγιον συνηθείας.] Ἔγγιον pro αἴτιον reposui ex *Eusebio.*

[q] Λόγους τινὰς εἶναι] Iterum ex *Eusebio* & *Vet. Interpr.* prius erat, νόμους τινὰς εἶναι καινοὺς νομ.

[r] Κενοὺς νομίζουσι,] Ita pro καινοὺς quoque *Hafn.*

[s] Ἐξουσίαν κεκαλλιγραφημένους.] Ἐξουσίαν hic ante τὴν ἀδεσίας usurpasse videtur *Josephus*; nisi tamen nimiam hominis hoc in genere παῤῥησίαν à nonnullis sugillatam esse velit. *Vigerus.*

[t] Θαυμάζουσι,] Τεθαυμάκασι *Euseb.*

[v] Ὅτι τοῖς ἐκείνου νόμοις] Ita cum *Eusebio*, prius erat, ὅτι τοὺς ἐκείνου νόμους ἐπὶ πλεῖστον ἤνεγκεν.

[x] Τοῦτο μὲν ὁμολογείσθω τεκμήριον ἀρετῆς εἶναι,] Iterum cum *Eusebio.* (ut & *Hafn.*) antea erat, οὐκοῦν τοῦτό τε ὁμολογείσθω.

[y] Ἀντιπαραβαλλόντων] ἀντιπαραλαμβανόντων *Hafn.*

[z] Οὐδ' ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν δεινῶν τοὺς νόμους] Οὐδὲν τοῖς ἐσχ. *Euseb.*

[a] Προὐδόμεθα,] Ita cum *Eusebio.* antea προάγομεν.

[b] Καρτερίας,] Ita cum Cl. *Cotelerio* pag. 626. *Notarum* ad Vol. 2 *Monumentorum Eccl. Gr.* antea μαρτυρίας.

[c] Ἐπιτιθέντας.] Ἐπιθέντες malit Cl. *Lowthius.* ut cum πεσόντες conjungatur.

[d] Πονοῦντες,] ποιοῦντες *Hafn.*

[e] Καὶ τὴν τροφὴν] τὴν ex *Hafn.* inseritur.

[f] Ἐφ' ἣν δὴ τοῦτο μόνον τὸ καλὸν ἔργον] Est qui malit ἐφ' ᾧ.

* Quando si quis &c. *Vet. Interpr.*

quidem perficere potuerunt, omitto dicere. Non enim ſinguli ſolummodo, ſed & frequenter multi legis præcepta negligentes ſemetipſos cum armis hoſtibus tradidere.

Judæorum conſtantia in legibus obſervandis.

32. Utrum igitur apud nos, non dico totidem, ſed duo vel tres agniti fuerint legis proditores, vel mortem formidantes, non dico illam facilem, quæ ſolet præliantibus accidere, ſed quæ cum corporis vexatione juncta omnium videri ſolet graviſſima? Quam (ut ego puto) quidam prævalentes nobis non per odium in poteſtatem ſuam redactis inflixerunt, ſed deſiderio videndi admirandum quoddam ſpectaculum, an homines ſint, qui, unum tantummodo ipſis malum eſſe crederent, ſi agere quicquam contra leges ſuas, aut aliquid contra ipſas dicere ulla vi adigerentur. Nihil enim miri eſſe debet, ſi mortem ſuper alios omnes pro legibus fortiter oppetimus. haud enim quæ ex noſtris inſtitutis facillima videntur alii facile patiuntur, videlicet manuum laborem, ſimplicemque & tenuem victum, & ut nihil fortuito neque quod quiſque expetat id comedat aut bibat, aut ad concubitum accedat, aut ſplendide veſtiatur, rurſuſque ut ceſſationis à labore modus immutabilis obſervetur. Quin & cum acie congrediuntur, & hoſtes ex incurſibus & populationibus fugant, ordinationibus de vivendi ratione non reluctantur. Nobis vero rurſus gratum eſt circa hæc legibus obedire, & illic abunde habemus ad fortitudinis ſpecimen exhibendum.

Gentilium deos deridere vetuit Moyſes.

33. Et jam Lyſimachi & Molones, & quidam hujuſmodi alii ſcriptores, improbi ſophiſtæ, adoleſcentum deceptores, nos quaſi mortalium ignaviſſimos conviciis inſectantur. Ego ſane nolo in inſtituta aliena inquirere. quippe noſtratibus moris eſt patrii propria ſervare, non aliena accuſatum ire; & ridere eos quos gentium aliarum opinio deos confinxit, iiſve maledicere, id expreſſe legiſlator noſter vetuit ob ipſam Dei appellationem. Sed cum accuſatores non facta contentione à ſe refelli arbitrentur, tacere nequeo, præſertim cum quæ dicturus ſum, ea non nunc primum à nobis excogitata, ſed jam ante à multis & quidem probatiſſimis dicta fuiſſe conſtet. Quis enim eorum, qui apud Græcos ob ſapientiam in admiratione habentur, non redarguit nobiliſſimos poëtas, & legiſlatores maximæ fidei, quod tales de diis opiniones ab initio populis inſeruerint; facientes eos numero quidem quantos ipſi voluere, ex alterutris vero & variis naſcendi modis procreatos. hos autem ſeparantes locis & habitaculis, tanquam genera animalium, alios quidem ſub terra, alios in mari, illorum vero antiquiſſimos in tartaris vinctos *collocarunt*. Quibus vero cœlum attribuerunt, his verbo quidem patrem, re autem vera tyrannum & dominum præficiendo: ideoque conflatas finxerunt in eum inſidias ab uxore

Deorum gentilium multitudo.

τώρθωσαν, ἐῶ λέγειν. ὑ γὰ καθ' ἕνα μόνον, ἀλλὰ πολλοὶ πολλάκις ἀθρόως τ̃ τ̃ νόμυ προςαγμάτων ἀμελήσαντες, [g] αὐτὺς μὲ τ̃ ὅπλων παρέδοσαν τοῖς πολεμίοις.

